sic a sapiente requirere et prius verum
per me reges regnant et legum condi
tores iusta decernunt dicit sapientia
secundum ergo bonum quod est tranquillitas
humane conversationis est maius bonum quod
hominibus provenit per sapientiam in hac
vita et dependet a duobus scilicet sano
consilio civilis multitudinis et a iusto
imperio regalis celsitudinis et quantum
ad primum dicit sic multitudo sapientium
sanitas est orbis terrarum et est locutio
methaphorica et figurativa. Sanum enim
dicitur de cibo dieta et urina analogice
sicut patet 4o metaphysice c. 1. Et quod di
citur de re publica vel de bona qualitate
et civilitate humana hoc est methaphorice et
figurative et tamen satis notabiliter. Cum
enim sanum et egrum sint differentie
corporis sicut dicit Galienus in tegni
c. 1o. Et res publica sit quoddam
corpus secundum Plutarchum quod dum uni
versitas sine sic dicta et secundum apostolum 1 Cor.
12 omnes sumus unum corpus in illo
licet diversa membra et alibi et quando
dicit patet quod sicut res publica est
corpus ita est ratio sani vel egri

modo patet quod sanitas corporis est que
dam proportio humorum et insinctus
defectus vel superhabundantia alicuius unius
humoris pellit armoniam debitam
quam sanitas corporis exigit. Et eodem
modo est in re publica quando ita est quod
omnia officia et iura et dignitates
reguntur et observantur in proportione
rationali tunc est sanitas in re publica
tali si non unica pars superhabundet
et altera patiatur penuriam surgit
defectus humorum quod est egritudo corporis
politici mystici. Modo sicut finis medi
cine est sanitas corporis ita finis
quem politicus intendit est pax civilis
humana sicut cecinit angelus Luce 1o Gloria
in excelsis Deo et in terra pax hominibus.
Iste finis per sapientiam obtinetur maxime
Et ideo dicit multitudo sapientium sanitas
est orbis terrarum. Et nota quod ad bonum
regimen requiritur sapientia et etiam
multitudo quod si desit sapientia erit sicut
de Roboam contigit 3 Regum 12. Tradit
enim populo duram de relicto consilio se
niorum quod ei dederant et locutus est
eis secundum consilium iuvenum dicens pater meus
aggravavit iugum vestrum ego autem addam
iugo vestro. Pater meus cecidit flagellis
ego autem cedam vos scorpionibus.
Multitudo autem est ratio quia in nullo
uno plus omnibus posuit Deus perfectionem sapientie.
Et ideo nullus princeps unius consilio
debet esse contentus. Unde 1o Machabeorum 8o
legimus de Romanis quod tempore Iude Ma
chabei fecerunt sibi curiam et cotti
die consulebant 320 consilium agentes
semper de multitudine ut que digna erant
gererent quod prius verum. Ego sapientia
habito in consiliis et eruditis intersum

cogitacionibus et prouerbiis xi° Ubi non est guberna
tor corruet populus salus autem ubi multa
consilia. Patet ergo quod multitudo sapientum sani
tas orbis terrarum dando consilium sanum.
2° sapiens regit rem publicam iusto im
perio et quantum ad hoc subdit sic Et rex
sapiens populi stabilimentum est sicut docet plu
tarchus et recitatur policraticon li. iiii°
quod princeps debet esse in populo sicut cytha
redus sicut enim cytharedus cordas
oberrantes compellit et ad dulcem armo
niam reducit Ita princeps nunc rigore
iusticie nunc remissione clemencie
subditorum faciet armoniam hoc autem
certum est quod tucius est cordas remitti
quam extendi Remissio namque per artificem
remittitur corrigitur et debita sonum
reddit gratum que autem semel rup
ta est nullo artificio reparatur prouerbiis
20 Misericordia et veritas custodiunt regem et
roboratur clemencia thronus eius
Quomodo autem sic populus declarat augustinus
19 de civitate c. 10. populus est cetus multe
consensu et utilitatis communione sociatus
et res publica est res populi secundum eundem
hec autem res publica ex tribus consistit
ex superioribus mediis et inferioribus
unde augustinus recitans verba scipionis
dicit quod que est armonia in cantu ea est
concordia in civitate unde sicut ex
distinctis sonis ac tubis concors con
tus efficitur Ita ex summis infimis
ac mediis interiectis ordinibus concor
dia statuitur civitatis Rex ergo sapi
ens populi est stabilimentum quod secundum sentenciam
platonis regula vera foret si vel contin
geret esse philosophos reges vel reges philosophari
populus enim sic habet ad modum aque que
omni impetu vel impulsu venti agitatur
apocalypsis 22. Aque multe populi multi Si

rex sapiens est populi stabilimentum populi leges et
iusta magna et rigore iusticie sed multo
magis remissione clemencie unde seneca
de clemencia li. i° c. 2° nullum clemencia
ex omnibus magis quam regem decet Et
infra pestifera vis est valere ad nocendum
Et c. 3 principum crudelitas bellum
est clemencia magnitudo sed domum prebent
eam felicem et tranquillam prestabit Et in
c. x°. Si dii placabiles et equi de
licta potencium statim fulminibus persequen
tur quanto equius est hominem hominibus prepositum
miti animo exercere imperium unde valerius
de alexandro li. 4. c. 4. dicit alexander ut insu
perata gloriam bellica virtus ita principem
amore clemencia meruit Sed ponit
autem seneca nobile exemplum quod reges
crudelissimos rigore utentes qui sine
una morte puniunt omnes qui eos
offendunt et estimant se per hoc securos
securitatem et augent periculum
et multiplicant hostes suos quia ad modum
ad precise arbores plurimis ramis
repullulant et multa satorum genera
ut densiora resurgant rescinduntur ita
regia dignitas augeatur inimicorum numerum
tollendo parentes liberique eorum qui inter
fecti sunt et propinqui et amici in lo
cum singulorum succedunt Et ideo occi
dendo unum hostem efficit decem
unde secundum senecam reges debent esse sicut
medici et non minus turpia sunt regi
multa supplicia quam medico multa fu
nera Et ideo convenit deus mitem
sic sit piger ad penas ad premia
velox et doleat quociens cogitur
esse ferox unde seneca li° i° de cle
mencia c. x° optime deus ex prin
cipis consistat sic ictum cuius qualem
deos velit sic et circa deum

eccl(es)iastes pr(imo) similis ponit r(ati)o(n)e(m) virgilius hic et aug(ustinus) li(bro) de ci(vitate) alleg(a)t q(uod) de ci(vita)te dei c(apitulo) 13 (cum) rege(re) imp(er)io pp(u)los romanos me(n)to. hec t(ibi) artes erunt pacisq(ue) mores impon(er)e memento mo(do) res p(ar)te subiectis et debellare sup(er)bos. sunt (et) q(uod) d(icit) ar(istoteles) viii° ethi(corum) q(uod) ea similis e(st) cura regis ad subditos (et) patris ad filios et pastoris ad oves. Rex ergo sapiens stabilimentum p(o)p(u)li est. patent ergo duo de sapientia s(cilicet) q(uod) ipsa rem publicam bonam regit sano consilio et iusto imp(er)io et q(uantu)m ad p(rim)um d(icit) q(uod) multitudo sapientum sanitas e(st) orbis terrarum et q(uantu)m ad 2m d(icit) q(uod) rex sapiens p(o)p(u)li stabilimentum est. ex q(uo) ergo tot bona p(er) sapientiam conferuntur nimis adipiscendo inquisicione(m) allicit ita dicens Ergo accipite disciplinam p(er) s(er)mones meos (et) p(ro)derit vobis. / Ca(pitulum) vii /

Sum (et) ego quidem mortalis homo similis hominibus et ex genere t(er)reni illius qui prior factus e(st) | Postq(ua)m declaratum est doctrinaliter q(uod) pos(sibi)le e(st) hominem sapientiam acquirere | nunc restat idem experimentaliter declarare i(n) p(er)so(n)a s(cilicet) Salomonis in h(oc) ca(pitul)o i(n)ducit ex(emplu)m de se ip(s)o | ut visio mo(do) quo ip(s)e qui mortalis homo extitit | sapientiam attigit | nullus desp(er)et quin consimiliter si velit se disponere sapientiam valeat impetrare | Et dividitur istud ca(pitulu)m p(ri)ncip(aliter) in 4 partes p(ri)mo quasdam disposiciones quas in se fatetur fuisse | quarum alique precedunt sapientiam acquirendam | alique subsequuntur sapientiam acquisitam ~~similitudinem~~ | p(ri)mo ergo ponit similitudinem sapientium co(m)p(ar)ac(i)o(n)e(m) [addition: ad ...]
| 2° de p(re)latione(m) [addition: populi] sapientiam depostetem [addition: ad petendum]
3° app(re)ciacione(m) [addition: (con)siderans ...] sapientiam extollentem

4° gratiarum actionem sapientiam recogitantem | et 4° ponit quandam commendacionem sapientiam desiderantem | 2a p(ar)s ibi p(ro)pter hoc optavi 3a ibi Et posui illam 4a ibi michi aut(em) dedit deus et c(etera) ibi | et nulla s(er)mo(n)is nisi tol. | In p(ri)mo ergo d(icit) in se fuisse quandam similitudinem p(er) (con)sideracione(m) p(ro)p(ri)e fragilitatis q(ue) (con)sideracio | maxime disponit hominem ad sapientiam | considerans ergo recogitat sua(m) fragilitatem ad sua(m) humiliacionem q(uantu)m ad 3m s(cilicet) | q(uantu)m ad sue condiciones corruptibilitatem | q(uantu)m ad sue (con)cepcionis abhominabilitatem | q(uantu)m ad sue conv(er)sacionis [addition: ...] lacrimabilitatem | et p(ri)mo h(ec) lit(tera) dividit(ur) in tres partes 2a p(ar)s i(bi) Et i(n) ventre 3a i(bi) et ego natus | p(ri)mo ergo considerans Salomon semetip(su)m | recognoscit humilitatem sue condicionis corruptibilis d(icens) Sum quidem (et) ego mortalis homo | in qua (con)fessione destruit tres p(ro)prietates sup(er)bie | Negligencia(m) fragilitatis | Deviam singularitatis (et) app(ar)enciam generositatis | Omnes enim sup(er)bi negligunt (con)siderare p(ro)p(ri)e (con)dic(i)o(n)es s(ic)ut et alias despiciunt et singulares esse volunt et nichil licet ergo nec(essari)o non sint se esse fingunt | Iste non contra hec tria confitetur infirmitate(m) | (con)fitetur conformitatem | (et) diffitetur generositatem | Confitetur infirmitatem cum d(icit) Sum quidem (et) ego mortalis homo | (con)fitetur (con)formitatem cum d(icit) similis hominibus | diffitetur generositatem cum subiungit et ex genere terreno i(llius) d(icit) ergo Sum quidem (et) ego mortalis homo | ad hoc e(st) p(ri)mum sapiencie | prudencia de morte | unde Ieronimus ad Heliodorum fratrem nobis e(st) | omnem sapiencium vitam meditacionem esse mortis | pariter tamen s(ic)ut qui sequuntur

[marginal note: 2 superbiam [illegible] qu[illegible] (con)sidere debemus superbie [illegible] [illegible]]

hoc attendunt. Dicit de pavone quod pen-
narum suarum pulchritudine gloriatur et gau-
det, sed statim videns turpitudinem
suorum pedum decidit et verecundatur. Sic
quibus prudens cum gratias sibi datas
attendit, quibus volat ad opera virtutum,
et commendabilis apparet in aere et in
conspectu omnium, sive finem cogitet esse fu-
turum et non solum miserum sed periculosum
et dubium, sic superbiam poterit evi-
tare. Ista prima radix superbie est ignorantia
~~minima~~ vel Boecius: nec de sua gloriabitur
~~nisi~~ in eo aliquis ignominia durabit,
ut Bernardus super cantica sermone 37: De ~~ignominia~~ ignorantia
tui venit inte superbia cum superbia
parit tibi ~~ignominia~~ ignorantia tui, cum meliorem
quam sis decepta et deceptrix tua co-
gitatio te esse mentitur. Hec quippe
est superbia, hoc initium omnis peccati, cum
maior es in oculis tuis quam apud
Deum. Et infra: Non est periculum quantum-
cumque te humilies, quantumcumque te reputes
minorem quam sis. Est autem grande ma-
lum horrendumque periculum si vel modice
plus te extollas, si vel uni in cogi-
tatione tua te preferas, quem forte
Deus tibi parem iudicat aut et superiorem.
Et ideo signanter dicitur: Sum quidem et
ego mortalis homo. In psalmo: Quis est homo qui
vivet et non videbit mortem? Primum est
quod devote consideret vel numerum honor-
ponderat vel acceptat. Bernardus in quodam
sermone, exponens illud Eccl. 7: Memora-
re novissima tua, et in eternum non pec-
cabis, dicit sic: Mortis horrore, iu-
dicii tremendo discrimine, ardentis
gehenne metu ab oculis cordis tui
elongari nullatenus patiaris. Cogita
peregrinationis tue miseriam, recogi-

ta annos tuos in amaritudine ani-
me tue, et cogita vite humane pericula,
cogita fragilitatem propriam, et in huiusmodi co-
gitationibus si perseveraveris, dico tibi pas-
sionis quidem fore videtur esse mo-
lestum, sed toto corde contra interiorem
molestiam occupatur, sive Bernardus. Sic ergo
primo Salomon confitetur infirmitatem
contra primam superbie proprietatem, que
est nescientia vel ignorantia proprie fragilitatis,
cum dicit: Sum quidem et ego mortalis ho-
mo. Secundo confitetur conformitatem, cum
dicit: Similis hominibus. Et est contra secundam
proprietatem superbie, que est dicta singularitas,
sive in multis ista superbia, qui in omnibus
volunt singulares videri, et hec est
quarta species arrogantie. Propter quod Beda in
omelia sic dicit: Quatuor sunt species
quibus omnis tumor arrogantie demonstratur,
cum aut bonum a semetipsis habere
se estimant, aut si datum desuper
non credunt, sed pro suis meritis se accepisse
se putant, aut certe cum iactant
se habere quod non habent, aut ceteris despectis
singulariter videri appetunt habere quod
habent. Non erant isti tales, sed sicut
sancti apostoli qui divinos honores sibi obla-
tos a simplicibus renuerunt dicen-
tes: Et nos mortales sumus similes
vobis omnibus. Act. 14. Tertio confitetur
vanam generositatem, et hoc contra elationem
de parentibus, cum dicit: Et ex genere terreni
illius qui prior factus est, scilicet Ade. Cum
enim dicit: Ex genere terreno illius, ostendit
tamen quod nos de terra duxisse
originem. Eccli. 10: Quid superbis terra
et cinis? Narrat Macrobius libro 2
epigrammate 22, de quodam rege
qui multum est promisit in vase aureo

superbie quatuor sunt species

contra superbiam que habetur de nobilitate parentum

vinsorum in mensa [?] ... de luto / Cum
aut a quodam familiari interrogaretur
cur illud faceret / respondit quod cum ipse tunc
esset rex sicilie / fuit tamen filius cuiusdam
figuli / et ut haberet memoriam generis sui
ne propter statum regium superbiret / ordi-
navit quod ei in vasis fictilibus seu luteis
serviretur / Scribit ergo poeta sic iste
qui fecerat [?] fictilibus cenasse ferunt aga-
thoclea regem atque abacum samio
sepe honorasse luto querenti causam
respondit rex Ego tunc sum sicilie rex
figulo sum genitore sato abacum
compono [?] stat pro mensa. et samium lutum
de samos insula in qua post vasa
fictilia formabantur. Anathoclea fuit
nomen regis / Ipse modo salomon in proverbio
non de damus pre suo tantum tempore
originem suam / sed de terra de qua formatus
est primus homo. Eccl. 33°. omnes homines de
solo et terra. unde creatus est adam / Et ysa.
64. Domine pater noster es tu / nos vero lutum
/ Et Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli
sic nos in manu domini israel. Aliter expo-
nitur ista littera de xpo sic Ego quidem
et ego mortalis homo. i. ego potens mori
in natura humana / licet immortalis in natura
divina / similis hominibus in natura et passio-
nibus naturam consequentibus / phil. ii°. Exina-
nivit semetipsum formam servi accipi-
ens in similitudinem hominum factus et
habitu inventus ut homo / ex genere terreno
illius qui prior factus est. s. ipsius ade
secundum carnem. i. corpus ... factus est primus
adam in animam viventem / novissimus
adam in spiritum vivificantem / Du-
bitatio / utrum in xpo fuit necessitas mori-
endi et videtur quod sic. quia omne mortale /
de necessitate moritur / Sed xpc assumpsit
corpus mortale / ergo illud corpus fuit
necessario moriturum / Maior patet quia ...

esset et moriendi [?] ... prime ubi probat aristoteles
impossibile est aliquod corruptibile esse eternum
ergo omne corruptibile necessario corrumpetur
ps. hebr. ii°. / debuit per omnia fratribus assi-
milari ut misericors fieret et fidelis pon-
tifex ad deum ut repropiciaret delic-
ta populi humani / Sed in aliis hominibus
est necessitas moriendi ergo in xpo fuit
praeterea xpc assumpsit secundum damascenum li. iii°
omnes naturales et indetractabiles passiones
dicuntur autem naturales passiones que
universaliter consequuntur naturam humanam. Indetrac-
tabiles autem dicuntur que defectum
gratie non important / Sed necessitas morien-
di non importat defectum gratie ergo etc.
Ad oppositum / si in xpo fuit necessitas mo-
riendi / ergo impossibile erat quod non fuisset
mortuus / quod est falsum / quia post quam ipse
cuius determinatio [?] haec est vera. Si necesse
est ipsum mori / impossibile est quod numquam mo-
riatur / Ad quod istud videtur magister sententiarum
li° 3°. di. 16. quod tenet quod sic. Sed quod xpc
assumpsit voluntarie necessitatem moriendi
et patiendi. Similiter dicit thomas 3a
parte summe q. 14 articulo 2°. Et in scripto
super tertium sententiarum di. 16. articulo 2°. dicit
quod in xpo fuit necessitas moriendi naturalis
ex principiis intrinsecis nature humane
/ licet per naturam divinam potuit se pre-
servasse a morte / Unde secundum eum sicut
simpliciter concedimus quod mortuus est ita
concedere possumus simpliciter quod necessitatem habuit
moriendi / et impossibilitatem se tuendi [?]
Ideo hec suppositio melius videtur. Dicendum quod xpc
non assumpsit necessitatem moriendi quia
absolute concedendum est quod omnem defectum
[illegible]
intentio tamen istorum doctorum ac et aliorum
est dicere quod homo habet necessitatem moriendi

Ar. xpo dicto

18
necessitas moriendi utrum fuit in xpo

si aliunde non preservaretur et sic xpistus
accepit carnem incorruptibilem que non
mortua fuisset nisi aliunde preservata
fuisset a morte modo invenitur in isto est
necessitas moriendi sicut manifestum est
vnde doctores illi concesserunt vnam cathe-
goricam et tamen intelligebant per eam
vnam ypotheticam xpistus in quantum homo non
mortuus fuisset si non fuisset per deum
a morte preservatus. vnde hoc nichil
ab intencione sed ab illorum verbis recedo
Ad primum in oppositum cum agitur quod de
mortali de necessitate moriendi et omne
quod fuit mortale fuit de necessitate moriturum
dico quod est negando utrasque et similiter istarum
omne compositum ex contrariis de necessitate
corrumpetur et omnes consimiles non est quod
possibilis deo volente quod est corruptibile
et compositum ex contrariis in perpetuum conservetur
Ad argumentum autem quod dicitur in primo de celo et mundo
in casu isto negatur sicut in multis aliis
que fidem contingunt manifestum est enim
quod corpora humana eadem salte secundum materiam
aliquo modo manebunt secundum fidem in
perpetuum post resurrectionem Ad secundum cum
apostolus dicit quod debuit fratribus assimilari
per omnia exponendum est per omnia ut sit distri-
bucio accommoda per omnibus eundem decebat
et utile saluti expediebat alias fuisset
in eo peccatum saltem originale et ignorancia
et difficultas ad faciendum bonum Similiter
quod dicit quod in aliis hominibus est necessitas
moriendi et vna de passionibus naturalibus
consequentibus corporum naturam non incorruptibilem destinatam
que sed xpistus illam assumpsit nego
consequentiam quia necessitas moriendi non competit
alicui rei quam tamen rem deus non posset
in perpetuum conservare quod est omni potencie
derogare quia non apparet maior racio
quare deus possit perpetuare vnam rem corrup-

tibilem plus alia sed vel quamlibet potest
perpetuare vel nullam
Et iniectus mirus signatus sed
caro sum decem mensium tempore coagulatus
sum in sanguine ex semine hominis
et delectamento sompni conveniente.
Postquam sponsus suum induerat salomonem
ad recognoscendum se ipsum quantum ad sue
condicionis corruptibilitatem sic indu-
cit eundem preeminentem confitendo sue
conceptionis abhominabilitate ad hoc ad
propriam humiliacionem Tangit autem circa
concepcionem humanam quatuor circumstancias sci-
licet tempus loci qualitatem forme debili-
tatem temporis quantitatem materie feditatem
et vite infirmitatem loci qualitatem
tangit cum dicit et in ventre matris non
in celo non in paradiso non in igne non
in aere non in auro non in argento
sed in fetenti tugurio in thabernaculo
turpi in obscuro sepulchro concepit
miser homo etc. Ecclesiastes ii. Quomodo ignoras
que sit via spiritus et qua racione compig-
nantur ossa in ventre pregnantis sic
nescis opera dei qui fabricator est omnium
In isto loco turpi signatus sum quem
non sol non luna non gemma sed caro
infirma Ad 26 Spiritus quidem promptus
est caro autem infirma Iohannis 6 Spiritus est qui vivi-
ficat caro non prodest quicquam Circa for-
me debilitatem temporis quantitatem
tangit cum subdit x mensium temporis
materie feditatem cum dicit coagulatus
sum in sanguine ex semine hominis
vite infirmitatem cum dicit et delectamento
sompni conveniente Cum enim vita in
sompnum et vigilia dividatur sompnus
similis videtur esse morti quam vite per magis
mensium tempore Unde est secundum aristotelem
de animalibus c. primo omnia animalia

sic unum etiam tempus pariendi / pt [illegible]
sola autem mulier habet diversos terminos in
suo pariendi / nam quedam parit in mense
septimo / et quedam ut communiter in mense nono
et quedam in x. et quedam in mense
viii. / Scimus autem nascuntur cum septimo
mense in [illegible] cum vero nascuntur
in viii. vel in principio noni statim mori
untur sicut [illegible] de [illegible] dicit expo
nens macrobium super sompnium scipionis
comuniter non [illegible] et vel nono me
se sit partus sicut ibi docet macro
bius / Dicit tamen Rabanus habetur in glosa
quod qui nascuntur in 10. mense fortiores
et magis vitales et firmatiores esse dicun-
tur. Sed quod 10. menses dicit hic accipi
per synodochen ut sint 9 completi et
aliquid de decimo / Sic enim nasci
videntur qui in optimo tempore nascuntur / Sic
enim Christus natus est post 9. menses et
sex dies / Unde a die conceptionis Christi
qui creditur fuisse octavo kalendas mar-
cii / in qua etiam die mortuus fuit usque
ad 8 kalendas januarii qua die natus
est / fluxerunt 276 dies sicut docet
beatus Augustinus de 83 questionibus q. 56 ubi
exponens Johannis 2° / 46 annis edificatum
est templum hoc / et in tot diebus cor-
poris illud ~~[illegible]~~ dicit formatio
corporis Christi fuit perfecta in primo conceptu perfe-
cte persone / quantum ad omnem lineamen-
ta membrorum / tamen quantum ad debitam
corporis quantitatem proficiebat sicut et
sunt / sicut corpora puerorum augmen-
tantur a tempore signationis usque ad perfectam
maturitatem perficiunt. Aut corpora huma-
na communiter concepta sic in [illegible]
omnibus sex diebus concepto corporis
humani habet quasi similitudinem lactis. 9.

70

vult istud quod

corpus humanum conceptum [illegible] perficitur in utero matris

71

vero sequentibus diebus convertitur quasi in sanguinem /
12 inde diebus solidatur in carnem
et xviii diebus residuis format
ad perfectam lineamenta corporis humani. De
ista summa verba Augustini sunt sicut talis versus
Sex in lacte dies / tres sunt in sanguine terni /
Bisseni carnem / tres seni membra figurant
Collecti ergo 6. 9. 12. 18. in unum numerum
conficiunt 45. Cui addito uno fiunt 46.
Si ergo accipias senarium qui fuit
primus numerus tempore ex quo semine erat
quasi lac. et 46. dies qui est ultimus
et ducamus unum in alterum fiunt dies
276. Dividendo ergo tot dies in menses et
dando cuilibet mensi 30 dies fiunt 9 menses
et tot dies. ergo tot annis dicit templum
edificatum quot dies fuit in perfectione cor-
poris Christi quod ab viii kalendas aprilis quo Christus
fuit conceptus usque ad viii kalendas januarii
sunt dies 276. qui signant quod senario
ducti in 46 Ista [illegible] verba Augustini quod
videtur obscura sic intelligo accipio primum
dies concepcionis et 46. et illo numero du-
co in 46 et sic surgunt 276 qui sunt
dies in quibus Christus fuit in ventre matris
virginis [illegible] 10. Utrum fructus ventri-
tui .. ~~[illegible]~~ duo videntur sequi / Unum quod
nunquam ita fuit parvus aliquis puer
sicut Christus fuit / quod in [illegible] vivit
vita animalis quam vita hominis [illegible]
9. De animalibus li. 2° quod nunquam fuit aliquis
puer ita diu in utero matris sicut Christus
fuit / nisi monstruose natus vel violenter
impeditus. Ergo templum domini corporis
in 46. diebus attigit quantitatem talem
in quo aliis embrionibus sit signatio
infra tot diebus observatur dicit quot
annis fuit templum materiale constructum
dicit multo melius posset dici quod in tot
senariis dierum est signatum corpus Christi.
Quot annis est edificatum templum

76

Dub

quia in 216 diebus sunt compositus
sexies sex sicut patet per divisionem
Sed contra hoc arguit quia 3 Regum c. 6 dicitur
quod Salomon edificavit domum domini septem annis
Ad istud est dicendum exposicione quod dicitur
intelligi non de templo Salomonis quod
destructum fuit per Nabuchodonosor, sed de templo
reedificato per Zorobabel post reditum
de captivitate Babilonis, cuius edificacio
impugnantibus inimicis interim dilata et
impedita fuit, quod usque ad 46 annum
non potuit consummari. Aliter videtur
secundum Origenem quod intelligitur de templo Salomonis
quod computando a tempore quo David incepit
parare nullia templi, postquam suspiciebat consu-
luerat Nathan prophetam sicut habetur
2° Regum 7°, usque ad consumacionem templi
perfectam per Salomonem fluxerunt anni
46. Est itaque advertendum circa tempus
a concepcione humana usque ad partum
quod quia 10 menses sufficiunt. Ideo Ro-
mulus qui Romam condidit et kalen-
darium primo formavit, constituit annum
suum de 10 mensibus. Ideo Romulus eo
quod in tanto tempore mulier potest concipere
et parere. Hinc eciam fuit in lege statu-
tum apud Romanos quod mulier mor-
tuo marito per 10 menses maneret
vidua et defleret in vestibus viduitatis
mortem viri. Ut si forte de viro
concepisset pareret sibi filium et sci-
retur cuius filius esset. Et fuit lex
multum racionabilis et iamialis. Ista
tradidit Ovidius de Fastis libro primo
versus principium ita dicens: Tempora dige-
ret dum conditor urbis in anno
constituit menses bis quinque esse suos.
Scilicet arma magis quam sidera Ro-
mule noras. Curaque finitimos
vincere maior erat. Est tamen et ratio Cesar

quinquit illum errorem suum quo tene-
bat. Et satis est utero matris dum
prodeat infans hoc anno statuit
tempore esse satis. Per totidem menses a
funere coniugis uxor sustinet in vidua
tristia signa domo. Azarobius tamen super
Somnium Scipionis ponit duo tempora
nativitatis humane. Secundum autem 2um mensem
senarium inquit perfectum frequenci-
orem usum 9 mensium ad more mo-
dulamine natura constituit. Sed vero sub
asciti numeri multiplicacione procedens
et septem menses complevit usur-
pari. Intendit autem assignare racionem
partus in 9° mense per naturam numeri sena-
rii asciti quia notat, quia de senario
in passu primo tractat per totum vel sensus
est vero subasciti numeri i. senarii quem
ascivit i. duo tamen admine ut de illo
tertiarem multiplicare procedens in 9
menses compulit usurpari. Dicitur autem
illa nativitas usurpata quia naturalior
et magis conveniens nativitas est in
9 mense. Et hinc concordat scriptura
2 Machabeorum: Fili mi miserere mei quia
te in utero meo 9 menses portavi
et lac triennio dedi. Et alia hec dixit
mater septem fratrum iuniori septem
fratribus. Dixit Azarobius quod omni numero
par duo sunt primi cubi quia primi
numeri paris s. binarii cubus est octo
et primi numeri inparis s. ternarii cubus
est 27. Inpar vero cubus est mas-
culus, par vero femina. Iunguntur
sibi mas et femina et 27 et 8 pro-
creant 35. Et fetum in utero matris
multiplicata 35 fetum per 6 et exibit
210 qui numerus dierum septem menses com-
plet dando cuilibet mensi 30 dies.
Et ideo dicit Azarobius quod multiplicata

· f· O

[marginalia] i. e. in mensibus; scilicet a cumbris i. vel; talia; i. vicinos; bella; i. astronomiam

vo sine multiplicatione procedens primo complet
maturitatem prius quam nascatur qui docet
regulam per quam sciri potest cum plus vel
minus tarde nasci debeat Et est ita quod
accipiendus est primus dies in quo fetus
incipit se movere et computandum est tempus
a conceptione usque tunc et duplum illius
addendum est ad illud et tunc nascetur
Unde dies qui medium procedunt temporum
pertingunt ad diem nativitatis. Verbi gratia si puer
incipit se movere 70 die vii menses
adimplet nascetur in 9o mense, quia
triplicatio 70 dierum 7 menses adimplet
Si enim 90 die incipit se movere in
nono mense nascetur quia ter 90 dies
efficiunt novem menses Dicit ergo Salomon
x mensium tempore coagulatus sum in sanguine
hominis Job 19 Nonne sicut lac mulsis-
ti me et sicut caseum me coagulasti
Tangit ergo corporis materie feditatem
Et sicut Rabanus hic demonstrat
in glosa vix per septem dierum vel circa
ante principium semine viri traditum est et
semine mulieris conglomeratum quorum
commixtione in certis spatiis corpus formatur
donec anima mea veniat ad ipsum / Aristoteles
tamen 14 de animalibus dicit quod mulier habet
rationem principii passivi in generatione
prolis / et tantum administrat materiam / de qua
virtute formativa existente in semine
viri formatur corpus prolis / ita quod semen
viri nullo modo est materia corporis / corporalis
prolis sed materiam quam dat mulier / ad quam se habet
semen viri sicut artifex ad lignum /
et sicut manus figuli ad ollam / et sicut
coagulum habet se ad lac Et hoc videtur
esse quod dicit hic Salomon coagulatus sum
in sanguine id est in materia data a matre
ex semine hominis id est in materia data quantum
ad principium activum quod est virtus formativa

contenta in spatio somnosa seminate quasi
Et delectamento somni conveniente ..
Dicit autem Aristoteles 19 de animalibus capitulo
10 Verbi gratia vigilia generatur natus in prima
creatione cum sompnus et videtur quod sompnus
et mutatione quod habet fieri de non esse ad
esse Sed fit per medium Sompnus autem videtur
esse medium inter vivere et non vivere quia
vita est proprie in vigilia / illa tamen quies
que est in prima creatione in embrione
non est proprie sompnus / quia embrio in
primo vivit vita arborum / et postea
vita animalis / et tunc est sompnus in fetu
proprie. Unde multi pueri qui pariuntur
dormiunt propter consuetudinem dormiendi
in matrice De ista vilitate loquitur
Bernardus in meditationibus suis / Attende
inquit homo quid fuisti ante ortum /
quid es ab ortu usque ad occasum /
atque quid eris post hanc vitam / homo
tamen vilis fuisti / et in vilissimo panno
involutus menstruali sanguine in utero
materno nutritus / tunica tua / fuit pellis
secundina / sic indutus et ornatus
venisti ad nos / nunc ergo memor quam vilis
sit origo tua etc.

Et ego natus accepi communem
aerem / et similiter decidi in factam
terram / et primam vocem similem omnibus
plorans emisi / et in involumentis nutritus
sum / et curis magnis / Nemo enim ex
regibus aliud habuit nativitatis initium /
Unus ergo introitus est omnibus ad vitam et
similis exitus / De clara miserabili
conditione hominis / quantum ad eius mortalitatem
et abhominabilem compositionem / propter
materie et loci feditatem / hic vult ostendere (?)
quare Salomon in hac parte de hominis
lacrimabili conditione / post spiritualem (?)
veritatem / Et cum hoc duo facit.

21

28

primo enarrat nativitatem hinc fragilem
2o assignat eiusdem fragilitatis conditionem
3o ponit ibi nemo enim ex regibus. Circa
primum duo facit primo fatetur se fuisse in
conceptione dolorosum / 2o fatetur se ha-
buisse educationem curiosam ibi et
involumentis / Circa primum dicit trista-
na fatetur se Salomon in suo egressu
fuisse miserabilem propter tria / Caruit enim
diviciarum prosperitate / virium suarum potestate /
et omni deliciarum iocunditate / Caruit
primo diviciarum prosperitate quia nudus
natus nichil secum attulit in hunc
mundum et ideo dicit et ego natus accepi
communem aerem quasi diceret non tan-
tum michi appropriavi de proprio / ut possem
respirare / et usus elementi communis
tam bestiis quam hominibus michi ap-
propriavi / neque enim ego aerem tamen
sed creatum accepi / non ut michi tantum singulariter
fuit sed pro omnibus generaliter / Et similiter
decidi in factam terram q. d. certe
ego carui omni virium potestate / quia non
veni in mundum volans / nec ambu-
lans / nec nobiliter navigans / nec
equitans sed sine quacumque fortitudine
decidi de utero matris mee receptus
humana aliorum reclinatus sum ad
terram / licet non immediate terra me
supportavit terra tamen que facta fuit ante
et non propter me de novo / Et primam
vocem emisi plorans similem omnibus
q. d. certe ego carui deliciarum iocun-
ditate quia prima vox quam emisi in
mundo fuit vox ploratus et fletus
et non solum ego hoc feci sed sic omnes
clamant in mundum venientes quia omnes
clamant e. vel a. / quot dicit nascimur
ab eva / sed sicut masculi concipiuntur de

primo patre adam et ideo clamant a.
sed sunt femine concipiuntur de prima matre et
ideo clamant e. / quia preveniunt penam cum pec-
cato et dolores sunt in mundo nati / ideo nar-
rat Valerius maximus li. 2o de institutione
inferiorum / quod quidam philosophi fuerunt qui in
nativitate puerorum flebant lamentabantur
et plangebant / et in morte hominum lete-
bantur et gaudebant / et Christus revo-
caturus lazarum ad vitam istam morta-
lem et miseram flevisse legitur
Jo. 11 lacrimatus est Jhesus. Unde
et Christus invenitur quater flevisse. scilicet
in infancia / in resuscitatione lazari /
super civitatem luc. 19 / et in cruce
hebr. 5. cum clamore valido et lacri-
mis offerens exauditus est pro sua reverencia / ut se divinum hominem ostenderet / ut la-
crimas magis auctoritas redderet /
et in se credentibus in suum amorem
attenderet / Super lazarum ut exhibe-
ret ei officium humanitatis / ut daret
signum interne caritatis / ut compate-
retur amico qui revocabatur ad statum
mundane calamitatis / Super civitatem
ut doctrinam quam docebat per persecutoribus confirmaret / et ut se fontem
pietatis ostenderet / ut tyrannidem
persecutorum suorum ostenderet / In cruce
ut acerbitatem mortis sue expri-
meret / ut vos ad sibi compaciendum
excitaret / ut precium ad missam
humanam generi provocaret / et ideo
bene dicit et primam vocem similem omnibus
emisi / Prima enim vox humana
et ultima est ploratus et gemitus /
quia extrema gaudii luctus occupat
Prov. 14 / et ideo incipiens et ut merito
consumat cum extremis dicitur in hac

72 … 72 … 73

1 2 3 4

Ex quo solus nascitur inermis et nudus [illegible]

valle lacrimarum moratur in pede ascen-
siones in corde suo disposuit in valle lacrimarum. Dicitur etiam
de quodam homine sicut narrat solinus
de mirabilibus mundi li. 2o c. viii. nasce-
tur homo prima vagitus est leticie et
sensus differtur in 40 die / solus autem
zoroastes eadem hora qua natus est risisse
legitur / et hoc non in vanum pretendebat
futurum / fuit enim inventor artium ma-
gicarum / sed marcus avus crassus
qui bella partica rapuerunt nunquam
risit et ideo agelastus cognominatus est
solinus ibidem continetur. Ergo puer
recenter natus / quia in pena peccati ori-
ginalis per 40 dies differtur pro leticie
et iocunditatis / ac si dicat cum propheta: ecce enim
in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis
meis concepit me mater mea / aquilonem
venabilem est quia nos amat ut per 40
dies ploremus et a nobis per leticie
elongemus quia peccata actualia
et mortalia multa commisimus. Deuteronomium 9.
Jacui coram deo 40 diebus et 40 noc-
tibus quibus eum suppliciter deprecabar
dixit moyses filiis israel. Patet igitur
quod mundo salomon se fatetur vitam ha-
buisse dolorosam / 2o fatetur se habuisse
educationem curiosam / et quantum ad hoc
dicit sic: In involumentis nutritus sum et curis
magnis / nulla species in mundo bes-
tie vel avis / tanta sollicitudine
indiget educatoris / nullus apparet
fetus tante imbecillitatis sicut homo / qui
nec incedere / nec comedere per se novit /
nec videre ullum secum indumentum affer-
re / et ideo necesse est quod in parvis potius
involvatur / licet non inveniet statim
panis involutus / Unde hugo didas-
calicon li. 1o / Cum vestis vestimentorum

primus advenit / consideravit quod singula
que nascuntur / contra causam habeant
munimenta / quibus naturaliter sua [illegible]
modis defendunt / cortex ambit
arborem / penna tegit volucrem /
piscem squama operit / lana ovem
induit / pilus iumenta vestit / con-
cha testudinem claudit / non tamen sine
causa factum est quia cum singula animalia
nature sue arma habent secum nata /
solus homo inermis nascitur et nudus
opportuit enim ut illis qui providere
non nesciunt natura consuleret / homini autem
ex deliberatione maior comperiendi occasio
prestaretur / cum illa que ceteris naturaliter
data sunt propria ratione inveniret. De
eadem materia loquens crisostomus super mattheum
xo c. dicit vero quare inter alia animalia
solus homo nascitur inermis et dicit
sic / omnem creaturam sensibilem
armata et munita creavit deus /
alios velocitate pedum cursu / alios
unguibus / alios pennis / alios cor-
nibus / hominem sic disposuit ut virtus
sua sit ipse deus / et in eo quod infirmio-
rem eum fecit in se ipso fortiorem vo-
luit esse / ideo ut necessitate infirmitatis
coactus semper nomen domini sui
requirere / dicit igitur salomon in involumentis
nutritus sum et in curis magnis
quasi diceret quia nudus. Job 1o nudus egressus
sum de ventre matris mee et nudus re[vertar]
ideo in curis magnis quia infirmus
et imbecillis. De pena et sollicitudine
multa circa partum / dicit Innocentius de vilitate
conditionis humane / concipit mulier cum
immundicia et fetore / parit cum tristicia
et dolore / nutrit cum angustia et
dolore labore / custodit cum instancia

et timorem / propter originale iudicium
docet Bernardus considerandum esse fre-
quenter. 2o de consideratione scribens ad
Eugenium sic / Cupio considerare maxime
quid es [illegible] quid et natus es / non minus
quid natus es et qualiter natus attende-
das / Bonum multum considerare quod nudus
egressus es de utero matris tue / con-
siderandi quomodo post oculum [illegible] homo nu-
dus et pauper / et miser et miserabilis
homo dolens quod homo sit / erubescens quod nudus
sit / plorans quod natus sit / murmurans quod sit
homo natus ad laborem non ad honorem / homo
natus de muliere et ob hoc cum reatu / brevi
vivens tempore repletur multis miseriis et
propterea cum fletu et gemitibus multis / et multi-
plicibus / quia miseriis corporis / miseriis cordis /
miseriis cum dormit / miseriis cum vigilat /
miseriis quocumque se vertat / Enarrata
ergo humane nativitatis fragilitate / prosequitur
Salomon de eiusdem fragilitatis communitate /
et dicit sic / Nemo enim ex regibus aliud
habuit initium nativitatis. q. d. quantumcumque
refulgeat ornamentis vestium vel armorum /
ministerio militum et munimento fortium tamen
fuit communis introitus / Bernardus in quodam
sermone de passione domini / Quae inquam
semper omnes ~~et totos~~ filios Ade / a die
exitus de ventre matris eorum usque in
diem sepulture in matrem omnium / in sor-
dibus generantur / in tenebris conservantur /
in doloribus pariuntur / ante exitum mi-
seris miserorum matres / in exitu more
vipere [illegible] quod non ipse prius lacrimarum
/ primam vocem plorationis ediderunt
[illegible] / quidem ut pote vallem plora-
tionis ingressi / ubi malicie plurimum /
sapiencie modicum / ubi lubrica sunt omnia /
[illegible] libera / [illegible] tenebris et obsessa
laqueis peccatorum / ubi periclitantur anime

ubi spiritus affliguntur / ubi cum vanitas
et afflictio spiritus est / Nec enim ex regibus
aliud habuit nativitatis initium / et ideo
finaliter concludit / Unus ergo introitus est
omnibus ad vitam et similis exitus / Si enim
foret aliqua dissimilitudo hec appareret
in ingressu et egressu nobilium / cuiusmodi
sunt reges et principes / et de eis est
sicut de aliis quibuscumque sicut de me
ipso iam narravi / ergo unus est introitus ad
vitam i. similis nativitas omnibus et similis
exitus etc. 2o dicit quod unus similis
est introitus et ideo dicitur in metris Amore
domini suo / more sceptra ligonibus equat /
pauperis et regis communis / dissimiles
similis condicione tegit / Lex moriendi datur
tamen flendi / sic cum scripta legis / Et ideo
hominem alloquitur generaliter Bernardus in meditacionibus
omnibus suis dicens / O homo quid superbis pulvis
[illegible] et cinis / cuius conceptus culpa / nasci
miseria / vivere pena / mori angustia /
Cur carnem tuam preciosis vestibus impin-
guas / et adornas / quam post dies paucos
devoraturi sunt in sepulchro / animam non
tuam non ornas bonis operibus que deo
et angelis eius presentanda est in celo
et infra. Insanus sane labor tuus
omnem cordis / et cura carnis pa-
ge in desideriis impinguare / et fovere
cadaver putridum et paulo post esca ver-
mium / nullatenus dubitatur
[interlinear: [illegible] fuit natus [illegible] [illegible] sapiencie donum]
Propter hoc optavi et datus est
[interlinear: donum sapiencie / [illegible] divicias]
michi sensus / et invocavi et venit
[interlinear: [illegible] que dat sapienciam]
in me spiritus sapiencie / et preposui illam reg-
nis et sedibus / et divicias nichil esse duxi
in comparacione illius. Hec est 2a pars huius
capituli que in principio divisa fuit i. a.
partes que prius introducuntur sic. Primo Sa-
lomon declarat primo quod ad sapienciam
acquirendam requiritur humilitas

[margin: Nota quod excellencie [illegible] et
divicie [illegible] et artificiales
[illegible] sunt bonum [illegible] [illegible]
et frequenter [illegible] [illegible]
quia bonum [illegible] ad [illegible]
[illegible] quod non [illegible] bona
[illegible] / [illegible] sunt [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] late [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sit
[illegible] solus bonum [illegible]
[illegible] [illegible] fuit [illegible] 2a excello-
[illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] sunt [illegible]]

[margin: paucos]

sapientiam precedentem sunt autem. Excepit enarrando primo quod ad sapientiam acquirendam requiritur, scilicet desideracionem sapientie deposcitatem et in hac lectio duo facit. primo ondit qualiter per sapientiam vendi deprecabatur. 2ª exprimit quantum ad sapientiam desiderando appreciabat. 2ª pars ibi et preposui illam et incipit ibi 3ª pars principalis capituli enarrando qualiter per sapientiam vendi deprecabatur dicit sic optavi et datus est mihi sensus. q. d. considerans cernens corruptibilitatem mundi curiositatem superbie vanitatem et videns quod non de eis sunt optabilia non desiderabilia non quietatur voluntas humana nec caro carnis cultum sollicitatur super omne est miseria multiplex. Scilicet dum concipitur dum ponitur dum vivit et dum resolvitur sicut fuit supremus declaratum et ideo sciens animam meam esse immortalem non posse per omnes fieri per statum vel rei temporalis et caduce adeptionem propter hoc optavi et datus est mihi sensus ad recognoscendum creatorem meum et eius mandata legesque suas sinendum. Optavi inquit et datus est mihi sensus in quo verbo insipiens redarguit iactantiam superborum quorum aliqui dicunt se adeptos sapientiam per naturale ingenium alii quia per industriam et studium. ipse non humilis non dicit se acquisivisse sed potius recepisse datum est inquit mihi sensus. I Cor. 4. quid habes quod non accepisti si autem accepisti quid gloriaris quasi non acceperis et Jac. 1. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et nulli improperat et invocavi et venit in me spiritus sapientie i. invocatione vocavi non solum oratione sed corde in parte

Cum invocare exaudivit me deus iustitiae meae glo. cum in tribulatione dilatasti me. et venit in me spiritus sapientie quod facile est impetrare continuetur dum est optatur et datur invocatur et venit nunc unus quod impositum est summe mutabilibus eius in veritate sic quod audit salomon qualiter per sapientiam deprecabatur. et dicit sic et preposui illam regnis et sedibus hoc est 3ª pars principalis huius capituli que dividitur in duas partes quia primo narrat quod magis appreciabat sapientiam quam temporalia potiora. 2º quod magis quam bona corporalia homini meliora. 2ª pars ibi super salutem et speciem dilexi eam. circa primum prefert salomon sapientiam que est verus dei cultus per fidem et caritatem. bonis que a mundanis appetuntur scilicet potencie honoribus divitiis. per potenciam vocat regna honorem et sedes preposui inquit illam regnis et sedibus et vnd autem sicut regimina docet Aristoteles 6. ethicorum et 8 distinguit enim regimina tres species politie principatum scilicet regnum aristocratia et timocratia est enim regimen monarchia seu principatus unius quando scilicet una persona principatur toti multitudini vel pluribus aristocratia est principatus plurium sed paucorum et virtuosorum timocratia est principatus plurium et multorum ubi una magna multitudo gubernat de istis principatibus sicut patet secundum Aristotelem optimus principatus est regnum ubi totum regimen reducitur ad unum virtuosum seu honestum et instrumentum hoc probat ratione nec in fine quod unus deus regit et gubernat totum mundum tamen unum regimen unum ordinatum et unde quecumque dispositio naturalis et tale quale est optima quod probat per 8 ethicorum

76

Policie sunt 3es species vel regimina

est optimum quod est in sua natura dispositione
Sed modo sic est quod pluralitas principantium
non est bona sicut non est bonum quod centum
matres familie in una domo residerent
et non concordantes adinvicem relinquuntur
ergo quod totum universum sit quasi unus principa-
tus sive unum regimen gubernatum ab
uno gubernatore qui est primus movens et
primum intelligibile et primum bonum, et ideo concludit
Aristoteles sic: entia nolunt male disponi
nec est bona pluralitas principantium unus
ergo princeps. regnum totius universi
est regnum dei in quo deus monarchice
principatur. De quo regno dicit Christus
Jo. 18 Regnum meum non est hic. quasi diceret
licet regnum meum sit inter malos
tamen non est hic. i. non sumit originem
de hoc mundo et ideo littera alia est
Nunc autem regnum meum non est hic..

2a species politici principatus est aristo-
cratia in qua plures virtuosi pauca-
tim dominantur et est minor principatus
quam regnum. 3a species est minus bona
que vocatur tymocratia in qua magna
multitudo non optimorum mediocres
dominantur. Sicut autem isti tres princi-
patus sunt boni licet non equaliter ita
videntur eis tres corruptores princi-
padi qui proprie non sunt principatus poli-
tici sed transgressores et corruptores
eorundem. Nam regnum corrumpitur in
tyrannidem, aristocratia in obligar-
chiam, timocratia in democratiam.
Primo ergo corrumpitur regnum in tyrannidem
quando de rege fit tyrannus. Sicut in
regno dominatur unus ita in tyrannide
quare tam regnum quam tyrannia unius
monarchie. Sed in hoc est differentia quod tyran-
nus in omnibus intendit utilitatem propriam
non utilitatem subditorum, et ideo

sicut est optimus principatus ita tyran-
nis est pessima et corruptio monar-
chie, contrarium enim optimo pessimum est. Regnum
autem et tyrannia sunt quantum ad personas rex
et tyrannus, moraliter autem malus rex
fit tyrannus.. 2a autem species politici
principatus que est aristocratia est in
qua pauci virtuosi dominantur et corrumpitur
in obligarchiam in qua pauci et
vitiosi dominantur qui omnia bona civitatis
attribuunt sibi ipsis et amicis suis et
non intendunt bonum totius civitatis sed
tantum bonum suum et amicorum suorum unde
dignitates et officia civitatis conferunt
cum amicis suis vel usurpant sibi ipsis.
3a species politici principatus que est
timocratia in qua multi boni mediocres
cum dominantur corrumpitur in democratiam
in qua multi non tantum mediocres sed popula-
res dominantur. Et ista corruptio minus
habet de malo sicut principatus cuius corruptio
minus habet de bono aristocratia [illegible]
dicit bonum quia tam divitum quam pau-
perum aristocratia est principatus multitudinis
collecte de virtuosis. Sed democratia
intendit principatus bonum pauperum et
non de divitibus dimittit vel. et hoc est
minus malum quam bona civitatis arro-
gare et usurpare sibi ipsis et amicis
suis sicut faciunt obli oligarchi sed
minus malum quam tyrannum quia tyrannus
habet tantum oculum ad bonum proprium et non
curat de amicis. Sic ergo patet quod tres
sunt partes politici principatus et tres
eorum corruptores. Et quod optimus
principatus est regnum vel monarchia
et eius corruptio pessima est tyrannia.
Dicit ergo Salomon qui inter sapientes
appreciabitur quod docet vite colere deum

regnum dicitur et ... 1º

49

q possint ea ptati auctiq principatus
q tamen inter speciales principatum regnum sit
optimum possunt illa regno primo regimine
et e nomen regum ... Ita q uno
regum ... ipsa terra vel regio uni
regi subiecta sicut dicimus regnum
francie et sic accipitur mt. 4. Ubi legitur
q dyabolus assumpsit in montem valde
excelsum et ondit ei omnia regna
mundi. Alio accipitur regnum pro ptate
principandi sollicitacione sive monarchie
et sic exponit crisostomus illud Jo. 18. Regnum
meum non est de hoc mundo i. ptas
auctas quam sicut rex non habet ori
gine ex terris ... vel pelectionum
humana sed aliunde q adeo ... 3º
do ipsi homines occupaverunt etiam
sub dnio aliarum monarchie ...
regnum. Et sic accipitur regnum apok.
5. fecisti nos deo nostro regnum. Cum
ergo loquimur de regnis q sunt regio
nes terrarum sive pro regnis que sunt
principatus et ptates regnandi sunt
nimi ... bona vita regnis ...
ij. ... pro fide vicerunt regna ...
nedit e ergo vite ... non solum
regnis sed ... sedibus et honoribus
mundanis et transitoriis luc. ijº. De
posuit potentes de sede et exaltavit
sedens sup equum qui libenter exspi
tat et psumit equitare ... exponit
se periculo si non descendat ... eqs
sedeat alii ptere sicut ... Honor
mundi est sicut equs elevans hominem
a terra et portans eum sicut ... quia
delectabile est homini honorari pro multitudine
hominum adulaciones inclinaciones et
genuflexiones et vocari magister et
dnus ... honorabiles ...
q iste equs est valde dolosus narratur

Honor mundi est ... equs ... has hominem altera et ... servit ... 60

de quodam histrione qui habuit quendam
pinum equm sup quem equitabat et cum q
frequenter cora hominibus in aula ludebat
inter alios ludos quos equum suum docue
rat docuit eum q quandoque diceret ... flec
tamus genua statim sibi equs obediret et
genuflecteret. Quando autem diceret ... knabe
surgeret. Contigit autem q menestrallus
hic est ide histrio accedens ad quoddam
festum eiusdem dni equm suum cum
equis aliorum hospitum collocavit in
stabulo cum autem homines comedissent
iste menestrallus modo ... et ...
sicut debuit tota ludo suum in aula
et interim venit quidam armiger
ad stabulum et videns equm menestrelli
rotundum et pinguem reliquit ... equm
suum et ascendit equm menestrelli et reces
sit et cito post motum negotium menes
trallo qui relictis omnibus tunc et
insecutus illum armigerum et armiger
videns q fere eum attingeret et deprehe
deret temptavit ... quandam aquam
quam nullus pedes potuit transvadere
videns ergo menestrallus q erat in periculo
lacrimarum. Dicit augustinus de ... po-
21 quod qui plorantes lacrimas emit-
tunt. lacrime sunt calide quando emit-
tuntur dolentes animos ex aliquo infirmitate
emittunt lacrimas lacrime illi
sunt frigide et humus ... assignat
item indigestum est frigidum / digestiuum

non calidum. Dolentem autem stomachus la-
tencia indigesta est / Ille qui est frigida
Ille qui et nec diu sequitur putret et egr-
maxime egritudinis / frigidos sudo-
res / calidos autem econtrario alteracio
et sanguis subingit tamen / Exemplum quando
sunt superfluitates multe non potest calidum
illa digerere quare natura est frigida etc.
quando autem pauca superfluitas talis vin-
cit / sunt autem ex superfluitatibus
egritudinis sic ille / Moraliter confessio-
nem penitentes est dispersas / quia aliqui
conteruntur ex caritate et amore iusti-
cie caritas autem ignis est / Et ideo istorum la-
crime sunt bene digeste calore caritatis
et istorum sudores sunt calidi et
signant sanitatem. Alii autem videntur
penitentes et alterantur magis quam conte-
runtur / recogitant penam infernalem
quam peccando meruerunt / et proinde
timorem concipiunt quo timore ducti
lacrimas frigidas / et sudores frigi-
dos faciunt quia confessionem faciunt
de peccatis timore pene / non amore
iusticie / sic penituit antiochus
2o Mach. 9. orabat scelestus dominum
a quo non erat misericordiam consecuturus
sic iudas pena ductus 30 ar-
genteos d. peccavi tradens sangui-
nem iustum Mt. 27. Ista est confessio
frigida per timorem et desperacionem
et ideo signum est magne infirmitatis
Isti laborantes dicere possunt illud
Luc. 5o. per totam noctem laborantes
nichil cepimus / tales non fuerunt
lacrime petri Mt. 26. nec lacrime
magdalene Luc. 7o / Tercio labo- 3o

[illegible]
[illegible]
consideracio .n. medicis / attendit
amore laboris / Isto modo persuadetur
labore virtutis utitur boecius ubi philo-
loquens de consol. 4o metro vlt. ubi
inducit exemplum virorum illustri-
um qui labores maximos pro virtute et
gloria temporali sustinuerunt sc. agame-
mnone nomine et herculem / quorum primus
bello decennali troyam devastavit
pro summa gloria. Secundus polyphemum
gigantem monoculum qui omnes socios
suos devastaverat pro summa auda-
ciam interemit / tercius hercules xij
labores sustinuit de quo dicitur her-
culem duri celebrant labores / Iste
centauros domuit superbos etc. que
h'o ponam / et tandem dicit sic. ultimus
celum labor irreflexo sustulit collo
preciumque rursus ultimi celum meruit
labores / et enarrat iste exem-
plo dicit sic. Ite nunc et fortes
ubi ~~[illegible]~~ celsa magni ducit ex-
empli via / celestis mores terga
nudatis / superata tellus sidera donat
Vult dicere / vos qui virtuosi et fortes
vultis esse / ite ad celum per viam virtutis
que via sit via excelsa et via magni
exempli / quia multi magnam portam
an vos inertes / et ideo via
excelsa magni exempli vos ducit.
cur inertes terga nudatis quasi
miseri fugientes in prelio et pete-
tis ab hostibus vinci / Ecce qualis
nobis inertes premittitur superata
tellus sidera donat / hoc est diu

beatus [illegible] [illegible] [illegible] p[er]f[ec]t[e]
s[ed]e[n]d[e] erit in p[er]petuu[m] [illegible]
et h[ec] e[st] q[uo]d d[icitur] s[ecundu]m 3o Bonor[um] la
bor[um] gl[ori]osus e[st] fructus / et in ps
labores manuu[m] tuar[um] q[uia] manduca
bis. b. e. [et] b. t. erit / de hac bea
titudine loq[ui]t[ur] b[ernardu]s in quoda[m] ser
mone de b[ea]ta regio delic[i]ar[um] ad q[uam]
suspiro de valle lacrimar[um] ubi
sap[ient]ia sine ignora[n]c[ia] ubi memoria
sine oblivione / ubi intellectus sine
errore / ubi r[ati]o sine obscuritate
fulgebit. b[ea]t[u]s q[u]i h[ab]itat ibi [et] lau
dat deu[m] in s[ecu]la s[ecu]lor[um] /

Scit enim illa o[mn]ia [et] intellig[it]
[et] deducet me in op[er]ib[us] meis
sobrie / [et] custodiet me p[otentia] sua. et
erunt accepta op[er]a mea et dis
ponam p[o]p[u]l[u]m tuu[m] iuste / [et] ero dig[nus]
sedium p[at]ris mei. postq[uam] salom[on] p[er]
sapiencia[m] q[ua]m optavit intendebat
se rege[re] moralit[er] in om[n]i bono op[er]e
h[i]c ostendit q[uod] eade[m] sap[ient]ia h[ab]it[a]
q[ua]m conferre potuit g[e]n[er]alit[er] sco[lasti]ca
p[ro]tate [et] p[er] q[ua]m potuit eu[m] facere
virtuose p[er]fecte / huius [er]go p[ro]bat[ur] p[rim]o
ponit p[ro]bac[i]o[n]em 2o ex hoc infert
q[uan]dam [con]cl[usion]em ibi et ero dignus
sc[ilicet] p[ri]mu[m] facit t[ame]n r[ati]o[n]e q[uia] ille
p[otes]t face[re] ho[m]ine[m] p[er]f[e]c[t]e virtuosu[m] / q[ui]
confert h[uius]mo[d]i sap[ienci]a[m] prudenciam
[et] p[otenti]a[m] q[uo]d [et] facit ho[m]i[ne]m deo ac
ceptu[m] [et] sibi subiecc[i]o[n]em p[er]fici[e]nti
s[ed] talis e[st] sap[ient]ia q[ua]m peto a deo
d[icit] salom[on] ergo p[er] ip[s]am potero
me rege[re] in o[mn]ib[us] virtuose / mino[r]
[est] [er]go h[uius] r[ati]o[n]em ponit in q[ui]b[us]
particulis narrans de sap[ient]ia q[uod]

ip[s]a e[st] doct[ri]x p[er] s[ci]enciam / ductrix p[er] p[ro]
videnciam / dispensatrix p[er] p[otenti]am / media
trix p[er] amiciciam / moderatrix p[er] inspira[ci]o[n]em
[con]t[r]a [con]tinu[a] ad p[ri]m[u]m dicit sic. Scit enim
illa .i. sap[ient]ia o[mn]ia et intelligit
apud ph[ilosoph]os a[ute]m sciencia [et] intellectus
h[abet] e[ss]e d[iver]sa q[uia] s[ci]encia e[st] [con]clusionu[m]
n[ec] h[abe]t e[ss]e d[ic]i[t]u[r] sciri / iudico a[ute]m cu[m]
stricte loq[ui]d[icitu]r de s[ci]encia n[on] [con]t[ingi]t de
minatime p[ro]bari [et] facere scire tu[m]
diffinitiue demonstrac[i]o[n]is sicut p[atet] p[rim]o
posterior[um]. Intellectus n[on] h[abe]t e[ss]e loq[ui]t[ur]
e[st] h[ab]it[us] cognitiu[us] p[ri]ncip[io]r[um] [et] p[ro]posicionu[m]
que p[ro]bari n[on] p[oss]unt u[nde] a[ri]st[oteles] 6 ethi[corum]
Intellectus e[st] p[ri]ncip[io]r[um] quor[um] mi[n]us n[on]
e[st] ars n[ec] sciencia n[ec] prudencia
q[uia] s[ci]encia e[st] demonstrabiliu[m]. ars n[ec]
[et] prudencia [con]tingencium s[ed] g[ra]d[u]
loquimur de p[ro]p[r]iis sive de [con]
clusionib[us] sap[ient]ia scit .i. scire facit
[et] intelligit .i. intellige[re] facit o[mn]ia
.i. o[mn]ia nec[essa]ria ad salute[m] sic e[ni]m
loq[ui]t[ur] salvator de sp[iritu] s[ancto] Jo. 16.
Cu[m] a[ute]m venit ille sp[iritu]s ve[ri]tat[is]
docebit vos o[mn]em veritate[m] [et] glo[sa]
nec[essa]ria ad salute[m] / s[ecundu]m [er]go sap[ient]ia doct[ri]x
e[st] eni[m] disciplinae dei [et] elect[ri]x
op[er]u[m] illius. 2o ip[s]a e[st] ductrix
p[er] prudenciam / est enim p[ro]videncia
r[ati]o r[ati]o agibiliu[m] / u[nde] ad prudentem
p[er]tinet bene [con]siliari circa totam
vitam ho[m]i[ni]s [et] bonu[m] elige[re] / q[uia] s[ine] pru
dencia null[us] p[otes]t h[abe]re virtute[m] mor[a]
lem sicut docet a[ri]st[oteles] 6. eth[icorum]
et q[uan]tu[m] ad h[oc] d[icit] salom[on] de ip[s]a
sap[ient]ia. deducet me inquit in op[er]ib[us]
meis sobrie .i. mensurate s[ecundu]m mi
sura[m] r[ati]o[n]e r[ati]o[n]is / d[icitu]r a[ute]m sobrius

ex se & bona quam scit hiis bonam
i. medicina & ebrius qui est bonus
3o sapiencia est defensativa propter potenciam
& quantum ad hoc sic Et custodiet me
in potencia ab omni re adversitate
ne liceret sturbacio i. mala per deum
custodit te ab omni malo. 4o sapiencia
mediativa est propter iusticia & quantum ad
hoc subdit Et erunt opera accepta
mea secundum quod sapiencia facit ipse hoc xpc
qui est sapiencia dei patris nam propter unionem
ipsi erat bona opera nostra sunt deo
accepta, tit 2o dedit semetipsum
pro nobis ut nos redimeret ab omni
iniquitate et mundaret sibi populum accep-
tabilem sectatorem bonorum operum
5o sapiencia est moderativa propter iusticia
facit enim hominem iuste regere sub-
iectos et quantum ad hoc subiungit
sic et disponam populum tuum non
meum | quia homines bene vivunt tunc deus
eos vocat populum suum | quia male et
sunt populum hominum | unde deus legitur
signanter dixisse moysi exo. 32.
cum filii israel fecerant vitulum con-
flatilem moyse existente in monte
cum domino. vade descende peccavit
populus tuus | quem eduxisti de terra
egipti | Cum ergo homines bene se habent
tunc sunt populus dei | in quo attendite
populus meus legem meam. vel michi cum v.
in verba oris mei | ffinaliter erogo
salomon infert in hac | quod omnibus
istis ista gloriam Et ero dignus
sedium patris mei. q. d. Et sic in
gesseris sapiencia quam imploro ego
ero dignus regia sede quam

tenuit pater meus david in regno
suo, & sedibus patris mei propter retribucionem
meam futuram in regno celesti &
duxit me in operibus meis sobrie

f. Nondum est quod terminus in septima
facit mentem sobrietas naturalia virtuosos
debet enim homo sobrietatem, ut sit ~~temperancia ut sit abstinencia~~ | sive per
suspicione in parte intellectiva | sive
dissolucione in parte sensitiva | sive
ingurgitacione in parte nutritiva
f. primo ergo naturalia est virtuosos sobrietas
in sensualibus ut sit sobria sive pre-
sumpcione | Et hanc suadet apostolus
Ro. 12. dico enim per graciam que data
est in omnibus qui sunt inter nos non
plus sapere quam oportet | sed sapere ad
sobrietatem | unde seneca ad lucillum
epistola 127. plus scire velle quam sit
satis intemperancie genus est | Et
cap. 19 dicit sic. oriundam abstemie
res ita litterarum in temperancia laboramus
non vite sed scole discimus non fa-
ciunt ista bonos sed doctos parant
c. 1. contingit ad mentem bona
ubi vites | huius autem sobrietatis
contraria est ebrietas presumpcionis
qua quis sinat sui sensus ipsum minus
approbat & eo procedat suis me-
lior | tales enim presumptuosi homines
superna docet hugo libro suo de
12. condicionibus hominis & bonorum de medicis
presumptuoso. primus inquirit in omne
in respicit | in consiliis | primus vindex
non vocatum adaccedit | non missus
se intromittit | ne ordinat ordina-
ta | reficit facta | quod debet ipse non

[illegible] ... [illegible]
[illegible] ... iudicant
indicatores / prudentes indicatiuos
huius condiciones docet aristoteles 4° ethicorum
c. 13 ubi docet quod quedam sunt nimis
manifestum [?] opinionem / et sunt ita
pertinaces quod nullo modo a suis opinio-
nibus amouentur / et tales vocat greci
abisteca [?] quod est fortis / et gnomone
quod est cognicio quasi fortis sue cognicionis
vel opinioni innititur / et istis attri-
buit quatuor condiciones. primo se
habent ad continentem sicut prodigus ad
liberalem et audax ad fortem / conti-
nens enim vocatur secundum aristotelem qui contra
passiones manet firmus sed in vir-
tute secundum rectam racionem sed iste immobilis
Iscirognomon autem hoc habet tamquam
continente quod immanentem et immobili-
ter adheret. hoc autem non est virtuose secundum
se / sed quia sunt secundum rectam racionem / unde
sicut prodigus excedit liberalem quia
dat plus quam oportet et ubi non oportet
Ita iste presumptuosus excedit con-
stantem virtuose quod vocat perseuerantem
continentem quia adheret plusquam debet
in sensu suo proprio. 2° dicit aristoteles de
talibus / quod sunt indisciplinati quia
nolunt ab aliquo instrui. 3° sunt
agrestes quia eo quod volunt semper
proprium sensum non possunt delectari co-
municare cum aliis / et ideo habent sibi
pluralitatem parem constantes cum aliis.
Omnis enim homo qui vult amabiliter
cum aliis conuersari / debet se eis in bonis
conformari / unde cum alexander rex
persarum esset adeptus / statim relic-
ta forma macedonum in habitu
et vestitu conformauit se persis ut se
corda beniuolencia captaret / omnis enim
singularis sit eo ipso odiosus / et ideo
bene dixit salustinus sicut allegatur
x. politicorum ipsius lisy recitat /
consulo quisquis eris qui perfectam
queris / conformis esto hominibus cum quibus
viuere cupis. hec est 4a sobrietas primo
modus dicta specialiter sub qua reperitur in parte in-
tellectiua quia 2a sobrietas est ordinata
modestia sensuum exteriorum ut nichil
vanitatis exterius appareat nichil libidinosum
sed totum sit religiosum et huius contrarium
est ebrietas dissolucionis que est vana
solercia gestus et ornatus in homine
exteriori / ista sobrietate ingestum mo-
net apostolus 1a ad thimotheum 2° ubi dicit volo
volo viros orare in omni loco le-
uantes puras manus sine ira et
disceptacione. Similiter et mulieres in habitu
ornatu cum verecundia et sobrietate.
dicit augustinus in regula In omnibus
motibus vestris fiat quod nullius offendat
aspectum sed quod vestram deceat sanctitatem
et ambrosius libro 1° de officiis dicit sit
sermones presertim liberi iusti / exa-
minatos / cum se. grauitas in sensu /
in sermone pondus / atque in verbis mo-
dus / continencia animi docet animi
mundicia iusticia / unde / prudencia
pacem fortitudo mansuetudinem
et ambitus / ista sobrietate carent
dissoluti et voluptuosi iuuenes qui
dum sunt sani et incolumes quia per
corporis calliditatem et animi leuitatem
in sua senectute non possunt constare
sed si febre corripiantur per bonam

ebrietas hic ipse gerit mala

ebdomada vel diebus statim fuit sobrius
saltem ad tempus et ideo signanter dicitur
ecc. 31 Infirmitas gravis sobriam facit
animam. 3a sobrietas est abstinencia sive
ingurgitacione in parte nutritiva et sic
de ea loquitur apostolus quando ad Titum
2 sobrie et iuste ad proximos pie
ad deum et suos. De hac origine aut
3a sobrietate omnium virtutum mater est. Econtrario
ebrietas est mater omnium viciorum
hec est denudacio secretorum, infatuacio
sensuum, alligacio robustorum,
et impetracio flagiciorum. Primo est de-
nudacio secretorum. Seneca ad Lucillum
epistola 86: ... in vino
... et omne quod in pectore
iacet in summa parte vas calorem
eructat. Sic vino exestuante
quicquid in imo iacet abditum efferatur
et prodit in medium. Et hec est una
causa quare specialiter regibus prohibetur vinum,
quorum est celare consilia. Nichil enim
est ita periculosum rei publice sicut ebrie-
tas in rege quia talis nature principes
sermones in debite et proprie (?) ...
gantur consultaciones accepte ordina-
cio et utiles rei publice
revelantur. Et ideo signanter dicitur
prov. 31 Noli regibus dare vinum quia
nullum secretum est ubi regnat ebrietas.
Narrat Valerius libro vi c. 2o ex-
emplum morens (?) capitula fuit
a Philippo rege temulento. Quia post
... contra clamavit provoca-
ret inquit ad Philippum sed sobrium.
Quo verbo excitus (?) est regi ebrietate
qui tunc sobrius diligentius inspexit
et mulierem liberavit a pena dampnata.

In secundo vero quod ebrietas est denudacio
secretorum legitur gen. 9 quod Noe
primo plantavit vineam et bibens
vinum inebriatus est. Et tunc postea
dormivit posteriora eius denudata
sunt et a filio suo derisus est. 2o
ebrietas est infatuacio sensuum
unde Augustinus in libro ad sacras virgi-
nes: In ebriis nulla vero nullius generis
de vite consilium non gestorum aut
lectorum memoria nec ulla arcium
aut industrie prudencia. Et ideo
nullus de sua confidat sciencia si ebrie-
tati succumbat. Ysa. 28 Sacerdos
et propheta nescierunt pro ebrietate
absorpti sunt a vino erraverunt
in ebrietate. Et ideo in antiqua
lege sacerdotibus est prohibitum ne bi-
berent vinum quando ingressuri erant
tabernaculum administrandum. Levit.
10. 3o ebrietas est alligacio ro-
bustorum. Facit enim de homine bestiam,
de robusto infirmum, et de potente
insanum. Exemplum de Holoferne fortis-
simo qui nimia ebrietate sopitus
Judith vidua gladio suo interfe-
cit. Judith 13. Exemplum de
Alexandro de quo dicit Seneca epistola
88 ... plus invictum
intemperancia bibendi vicit et ille
Herculeanus ac fatalis scyphus
submersit etc. Hec sicut dicit papias be-
dem (?) vinum vocabat venenum. Et
postquam victus est eius letifer ...
hec vinum illud venenum dictum est.
Et infra vinum modice sobrie
potatum sanitatem dat et auget

prudencia[m] iusti innocentie suptu
ad viam eius prauam / deus autem eam
dedit / similiter humano arbitrio
resistunt ut presumpcio vana et
magistra ebrietatis similitudine in
vana lapsu et simulacione et asserebant
humana odia / quod ebrietas est mater
turpia flagicia, et probat ira arma
et ictus libido verba et tactus / tunc
ardor nimius / pudor nullus | exemplum
Genesis de Loth genesis 19 qui per ebrie-
tatem cum utraque filia commisit incestum
Exemplum quo ad iram de Alexandro
qui amicum suum carissimum sibi ac fide-
lissimum inter epulas transfodit / et intel-
lecto facinore mori noluit / penitenti-
tie quidam inebriatus vidit demonem
et de quibus ... appellant
... duos / ... vero duos filios
suos putabat eos esse quatuor et
imponens uxori quod haberet ... si eos
... negaret / iussit quod se purga-
ret et precepit ferrum ... ignem
mittere ... et imponi in igne et
dixit uxori sue quod ... portaret
ferrum ignitum. Illa vero prudens
femina ... quod libenter hoc faceret
si tamen primo sibi ferrum ignitum daret
Ille autem fatuus ferrum candens ignitum
accepit in manibus et excoriavit
se pessime / et ad sobrietatem se
reduxit. Et ideo signanter dicitur
de talibus Job 12 palpabunt quasi
in tenebris et non in luce et er-
rare faciet eos quasi ebrios
etc. sequitur

[illegible]

nis enim hominum potuit scire consilium
dei, aut quis poterit cogitare
quid velit deus / cogitaciones enim
mortalium timide et incerte providen-
cie nostre / corpus enim quod corrumpitur aggra-
vat animam, et deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem / Postquam Sa-
lomon devote supplicavit deo pro
sapiencia impetranda et sic petendo sue
declaravit utilitatem. In ista parte in-
tendo manifestat sue supplicationis
necessitatem / Est autem necessitas magna
ad supplicandum deo pro sapiencia propria
dicitur ignorancia nostra in agendis
iuxta illud 2o Paralipomenon 20 Cum igno-
remus quid agere debeamus hoc solum
habemus residui ut oculos nostros di-
rigamus ad te. Ista vero ignorancia
magis allegando ostendit ebetudinem
nostram / tam in perpetualibus quam in ...
cognoscendis. Licet enim ex creaturis
creaturarum assurgere possimus aliqualiter
in dei noticiam scilicet ad ista scilicet
quod est bonus et potens et clemens
iuxta illud Romanos 1o Invisibilia enim
ipsius a creatura mundi per ea que
facta sunt intellecta conspiciuntur / tamen
ad evidentem cognoscendum ... sua
et precepta que vult nos facere in hac
vita attingere non possumus sine ipsius
revelacione / Et ideo primo ostendit Salomon
... hominis ad cognoscendum celestia
et supernalia difficultatem / et ...
hoc deus facit / quod secundo allegat ...
... hominis ignorancie / 2o alle-
gat ... ignorancie ... illi-
... Cogitaciones enim mortalium timide

continuatur ad priora. Dicit sic: Quis enim hominum
poterit scire consilium Dei aut quis poterit
cogitare quid velit Deus? quasi dicat, nullus. Consi-
deratur quod hic commendatur beatitudo quae est
vita aeterna et visio intellectualis divinae essentiae,
oportet hominem transire ad visum adim-
plendo aliquo modo divinam voluntatem
in praeceptis et consiliis suis. Sed quid
Deus consulat et quid praecipiat non potest
homini constare nisi per revelationem fidei
de credendis et agendis; sed revelatio
fidei de credendis et agendis quae est necessaria
sapientia est homini necessaria, quia nullus homo
potest ex sua naturali cognitione scire
consilium Dei nec quid velit Deus. Sciendum
quod iste terminus consilium est terminus aequivocus,
quia aliquando accipitur [illegible] vel proprie
in rebus dubiis nominatur consilium, et
sic loquitur Apostolus 3o Ethicorum ubi ostendit
quod consilium debet praecedere electionem et consi-
liabile est eligibile; et sic loquitur Tobias
ad filium suum: consilium semper a sa-
piente quaere, Tobiae [illegible] 2o. Salus autem
ubi ~~[illegible]~~ multa consilia. Alio modo
consilium vocatur sententia declarativa illius
quod expedit fieri in terris, et sic loquitur Apostolus
[illegible] de virginibus autem praeceptum
non habeo, consilium autem do. Et 3o vocatur
consilium persuasio ad aliquid agendum
vel obmittendum. 4o vocatur consilium
[illegible] alteri. Primo modo Deo non
possumus attribuere consilium nisi loquendo
metaphorice et figurative, loquendo de Deo
more humano, quia in Deo nullo modo cadit
incertitudo vel dubitatio. 3o Deo maxime
convenit consilium, et sic distinguimus inter
praecepta et consilia Dei. [illegible] sunt
allegata, quia humana ignorantia [illegible]

:- consilium dicitur quatuor modis

[illegible] et ponit duas
causas cognoscendi debilitates et cogitationum
nostrarum subtilitates; 2a causa ponitur ibi: Et
difficile aestimamus. Circa primum duo
facit, quia primo allegat ignorantiam causam
ex parte animae, 2o ex parte corporis, ibi: Corpus
quod corrumpitur. Circa animam autem ad animam sic
docet Apostolus 2o Metaphysicae: intellectus noster
se habet ad intelligentias et manifestissima
naturae sicut oculus noctuae ad lucem
solis. Et ideo attendendo de his quae
supra vires nostras sunt debemus esse
timidi, et hoc est quod dicit: Cogitationes
enim mortalium timidae {speculative etc.} ~~et incertae~~ ad
illa quae sunt infra nos etiam quae comparatione
frequenter decipimur nos decipi et
aliter evenire quam nos praeordinamus,
et ideo non solum sunt cogitationes nostrae
timidae in speculativis sed et incertae
sunt providentiae nostrae in futuris, et ideo
docuit nos Iacobus quod locuturi de
futuris agibilibus a nobis semper sub condi-
tione dicamus: si Dominus voluerit hoc
vel illud faciemus, Iacobi 4o. Ex parte corporis
non dumtaxat surgit difficultas ad
inquirendum sententiam de Deo et necessariis
ad salutem, ideo quia corpus [illegible]
[illegible] corrumpit affectum
animae et reddit animam ad assurgendum [illegible],
et ideo dicit: Corpus quod corrumpitur aggra-
vat animam. 2o sollicitudo circa necessaria
corporis circa temporalia deprimit sensum
hominis cogitantem multa et reddit eum
distractum a studio et sua acquirenda;
et deprimit terrena inhabitatio, id est occu-
patio circa terrena et corporis necessaria,
sensum, id est intellectum multa cogitantem.
.. Corpus quod corrumpitur aggravat. [illegible]

16

Corpus tamen [illegible]

quod corpus post penam alligat [illegible] in tempore
officium / sic enim anima corpus sicut instru-
mento inadiutorium ad serviendum / sicut
indumentum vel coopertorium ad se tegendum /
sicut [flagellum] ~~detrimentum vel afflictorium~~ ad pu-
niendum / Primo dico quod anima habet corpus
sibi coniunctum sicut instrumentum et adiu-
torium ad serviendum / unde philosophus primo politicorum
dicit quod animal constat ex anima et corpore
quorum hoc quidem principans est natura anima
hoc autem subiectum scilicet corpus.
In hoc autem bene disposito corpore
est pauci servus et anima principans et
dominans / In hoc autem ~~autem~~ pestilente
corpus dominatur et anima famulatur
Est autem secundum eum ibidem duplex
principatus scilicet dispoticus seu servilis
et politicus seu regalis. anima enim princi-
patur corpori principatu dispotico
et est talis principatus quod servus non
habet potentiam resistendi principanti / sed
intellectus principatur appetitui po-
litico principatu et regali quia appe-
titus habet nitendo potentiam resistendi
rationi / patet ergo secundum eum quod corpus est naturaliter
servilis condicionis et anima liberae / et
quia servus de ~~libertate~~ [deliciis] nutritus [aut domini] [illegible]
crevit in dominum / iuxta illud proverbiorum 29
qui delicate a pueritia servum suum nu-
trivit / sentiet eum postea contumacem
Ideo statim a pueritia debet iste servus
in luto domari et in servitute redigi
et hoc satis advertebat apostolus / qui
dixit castigo corpus meum et in servi-
tutem redigo ne forte cum aliis predicaverim ipse
reprobus efficiar. i. corinthiorum 9 / Dominus
autem servum numquam si sit occulta impe-
dit [illegible] liberum [illegible]
si servus dicat se ingenuum et contra-
hat cum libera et ipsa postea perpendit 2°

se eum deceptam potest agere ad divor-
cium faciendum et obtinebit 29. q. 2.
Si femina ingenua. Moraliter
servus iste scilicet corpus nostrum fingit
se liberum et nobilem et iactat com-
munitatem cum suo et propter se ordinatum
et ideo frequenter presumit se preponere
rationi que est domina sua et ingerit se
ad matrimonium propter [illegible] equalitatem cum
ratione contendendam scilicet [illegible]
adulterare et ipsam repellere sicut non
naturalem sponsam. j. corinthiorum vij. Non est subiectus
frater servituti aut soror in huiusmodi. Moraliter
ergo servi debet corpus nostrum tractari
[illegible] non sit modicus servi [dominandi] [illegible]
dicitur ecclesiastici 33. panis / et disciplina
et opus servo. tria enim ei conveniunt
scilicet cibatio panis / castigatio / disci-
plina et occupatio cura operis [corde et corpore] [illegible]
sibi debite [illegible] ne superbiat
et ne [illegible] / Unde gregorius [illegible]
parte 2a [illegible] Si plus corpori quam
debemus tribuimus hostem nutrimus
Et si necessitati eius quod debemus non red-
dimus civem mactamus hic ille.
Secundo quo ergo corpus naturaliter servus est
et subiectum spiritui quod [illegible] est huius
suo servire [illegible] hoc [illegible]
factor inspirat nobis in corpore [illegible]
[illegible] factor generis humani nobis [illegible]
tutela non nemo indulgendum
illi serviendo nemo / velut enim servi
et qui corpori servit quam pro illo mi-
nus timet qui ad illud animam re-
fert honestum est nolle ei [illegible]
minus [illegible] Dico ergo secundo corpus
est datum spiritui sicut instrumentum
2° [illegible] 2° corpus datum est homini sicut

indumentum vel opertorium ad se tegendum/ vn-
Job 10 pelle et carnibus vestisti
me/ ossibus et nervis compegisti me
De hoc sententia epistola 10 Corpus naturale
et quod dominus vestem etc tradidit be-
[illegible] eius [illegible] aut vestimenta
estimauit [illegible] vel bonum nec
malum gladium vagina facit sed
bona corporis honorem bonum hic sententia.
De indumentis autem et rebus quas dis-
tribuunt in familiis suis duo videamus
bonum est quod dominus qui dat annuatim
duplicem libratam vnam pro hieme
aliam pro estate/ Et sicut solet ordina-
ri quod illa librata que fiunt pro hie-
me fiet de panno grossiori/ illa
vero de subtiliori que fiunt in esta-
te/ moraliter tempus nostrum totum dividitur
in duas partes scilicet in hiemem et estatem
hyemps est vita presens/ estas erit
vita futura/ Dominus autem noster datiuus
est nobis duplicem robam libratam
vnam robam accepimus pro hieme
huius vite/ et hec est de rudi panno
corporis nostri post adventum est de
vili [illegible] nostra [illegible] et [illegible] satis sufficit
pro hieme huius vite/ hebr. 10 Corpus
autem aptasti michi id est aptum de-
disti conveniens tempori in quo vivo
Et librata alia qua vtemur in
estate vite future in resurrectione
generali est de panno subtili/ erit enim
tunc corpus subtile et subtile contra
grossitiem/ clarum contra opacitatem/
agile contra gravitatem. Impassibile
contra mortalitatem 1 cor. 15. Seminatur
corpus animale surget corpus spirituale

dat quod dominus noster duplicem libratam
scilicet [illegible]
video in istis familiis et curiis
quod boni armigeri robas dupli-
ces receptas non ponunt in hieme
[illegible] laceratas robas nec in
pluviis nec in ventis et ignibus
[illegible] domino placuerunt [illegible] est
[illegible] quod sint sibi novas robas
in estate per receptas/ Sic spiritualiter
moraliter boni christiani non parcunt ab
operibus penitentie corporibus suis/ vigi-
lant ieiunant/ et [illegible] penitentie
macerant corpus suum/ Et quare
hoc certe quia novas robas expectant
in resurrectione qua vestientur suis
corporibus glorificatis phil. 3. Salua-
torem expectamus dominum ihesum xpistum
qui reformabit corpus humilitatis
nostre configuratum corpori claritatis
sue/ Item notandum quod inter indumen-
ta quedam sunt vestes et arma et
quedam sunt vestes tantum et non arma
In vestibus et armis sunt quedam
signa de picturis et coloribus
et consueuerunt reges iuvenes et
principes militare in ludis mili-
taribus in armis non notis/ vt in
armis que postea debent deferre
sed in armis ignotis ad voluntatem
eorum quod autem tales principes [illegible]
tunc armorum in talibus ludis dimi-
tunt tunc solent alicui armigero
arma illa concedere [illegible] cum in statum
militarem et illud cedit ad honorem
nobilem talis armigeri quod possit
arma portare domini sui quo vsus
est in sua militia iuvenili.

exaltet dominus ut dei filius Ihesus Christus
militantis in acie arma sunt de argen-
to albissimo carnis sue i. vestis dispec-
to que sit quasi coloris impressa cor-
pori illi sacro. princeps autem iste ha-
buit tecum armorum in sua resurrectione
dimisit quia Christus resurgens ex mor-
tuis iam non moritur mors illi ultra
non dominabitur Romanos vi. Ex hoc tamen
armigeri militum dilecti acceperunt ar-
ma illa et militie illius fecit dominus
per apostolum i. Thimothei 2º labora sicut bonus
miles Christi et honorificum debet
homini esse multum si mediter
cogitaverit se iniuste collocando por-
tare valeat arma Christi. Et ideo
de istis armis gloriabatur qui
Galatas vi. Stigmata domini Ihesu in
corpore meo porto, et ideo sicut scribitur
i. Corinthios vi. Empti estis precio magno
glorificate et portate dominum in corpore vestro. 3º
corpus est datum anime sicut detinetum
et afflictum ad purgandum et hoc est
verum post tempus maternice culpe. Ego quando
enim homo natus humane sublimavit deo
obedientiam quam debebat, subtracta est
anime illa obediencia qua sibi corpus obedi-
ebat, et cepit passiones
mortis et corporis affligere animam
in corpore habitantem, in tantum quod etiam
male completur apostolus Romanos vii. In-
felix ego homo quis liberabit me
de corpore mortis huius. Unde Seneca
epistola 101. Corpus hic anime pondus
et pena premente illo urgetur et
in vinculis est, et infra maior sum
et ad maiora genitus quam ad man-
cipium sim corporis mei quod ego tem-
no aliud aspicio quam vinculum aliquod liberta-
ti mee circumdatum. Hec Seneca. Et de hoc
notabiliter loquitur epistola 99. Admirari
dementiam nostram et tanto opere amamus
rem fugitissimam corpus teneamus
quia neque moriamur eo momento
mors sit, sed multis. Vis tu timere
ne semel fiat quod continue fit? Et ideo
signater dicit hic corpus quod corrumpitur
non quod corrumpetur, est infancia corrupta
est adolescencia i. Reg. xiv. omnes
morimur et quasi aque dilabimur nos m. q.
non re.

¶ Difficile estimamus que in terra
sunt, et que in prospectu sunt
invenimus cum labore, que autem in celis
sunt quis investigabit? Sensum autem tuum
quis sciet nisi tu dederis sapientiam
tuam et miseris spiritum sanctum de altissimis
et sic correcte sint semite eorum
qui sunt in terris et que tibi placent
didicerunt homines. Nam per sapientiam
sanati sunt quicumque placuerunt tibi
domine a principio. Et post hoc Salomon
allegat causam humane ignorancie. Per
quod nunc sunt adeo pauci sapientes
unde causam istius ignorancie declara-
vit ex parte intellectus. In ista
parte assignat aliam causam ad ex
magnitudinem vel difficultatis expe-
rimentibilium et hoc facit tripliciter.
primo ostendit quod attingere ad cognicionem
supernaturalem excedit limites huma-
ne facultatis. 2º quod talium cognicio
nullo modo haberi potest nisi ex dono divine
liberalitatis, et 3º quod magis fuit a-
nima salutis in hominibus bene mo-
deratis. 2ª pars ibi sensum autem tuum
3ª ibi et sic correcte sint. Ad primum

ad pertinet sic / Si nos homines non
possumus illud quod minus est, non potimus
illud quod magis est / Sed minus est cognoscere
creaturas dei et cogitaciones naturales corporum
que sunt in terra nobiscum / quam cognoscere
divinam voluntatem que est in celo / Sed ad
cognicionem terrenorum corporalium / non possumus
devenire sine difficultate et labore
ergo ad cognoscendum occulta divine vo
luntatis nullamodo poterimus attingere. Circa
secundo ad hoc dicit sic Et difficile id est dif
ficulter estimamus id est cum difficultate non sapientes
certam cognicionem devenimus Iste enim
terminus estimare non importat certi
tudinem secundum quem modum loquendi
sapit notum est. Difficile inquit esti
mamus que in terra sunt cuiusmodi sunt
quantitas terre, immobilitas terre ymmo
generaliter cum difficultate scire possumus
quomodo herbe arbores et plante generantur
et augmentantur et fructificant in terra
cum per cottidianam consideracionem apud
nos videantur et tamen nullus est vivens qui
sciat de istis planam reddere rationem
quia sicut dicit augustinus magis miraculum
est quod de paucis granis segetes oriuntur
quam quod tot milia hominum de paucis
panibus et piscibus saciavit et tamen
hoc nemo miratur istud omnes mirantur
non quia mirabilius sed quia rarius. Ergo
ista cottidiana que fiunt in terris nescimus
comprehendere ymmo vix aliqualiter estimare
etc. sicut Ecclesiastes Cuncte res difficiles non po
test eas homo explicare sermone Dicit ergo
Et difficile est que in terra sunt et scire
Et que in prospectu sunt invenimus cum
labore / Et est prima principia invenimus

cum labore cum tamen ipsa et experimenta
appendant non aliquid scire sine
principiis possumus eciam per principia
cum labore cognoscimus aliqualiter et tamen
de istorum noticia dicit aristoteles 2o metaphisice
quod consideracio de veritate difficilis est
uno modo et facilis alio modo facilis
est quantum ad principia que sunt sicut
sicut porte vel fores ad manerium
in quibus nullus delinquit Sed difficilis
est quantum ad conclusiones que ex principiis
principiis eliciuntur in quibus a multis erratur
Et quia sic est quod ea que in terris sunt
et in prospectu id est que statim aliquo modo
offerunt se sensui invenimus cum labo
re multo magis patet sic / que autem in
celis sunt quis investigabit et sic
hoc de celis id est de corporibus celestibus
in quibus sunt stelle erratice sive
fixe vel de celo empireo quod supra
illos celos deo apparet et angeli
intelligantur voluntas quod est hoc est enim
non quere per tot certamina annorum
exponit illi homines qui nos in principio
mundi precesserunt cum questio et labore
et licet diligencia inventa est quantitas
uncia terre et postea quantitas solis
ipsius et totius firmamenti non potest
a nobis facilius cogitari / Et non ergo ad
ista insufficientes sumus constat
quod sine dono et revelacione dei
attingere non possumus ad ea ad que
nullus sensus nullum experimentum perveni
re potest / Et non dubie subiungit Sensum
autem tuum quis sciet nisi tu de
deris sapientiam id est revelacionem que tibi
placent per nos fieri in hac vita

a tu hoc misterium [illegible] de al / sed inclina [illegible] solitacio mea / et suggerendum [illegible] facit quod tu percipis. Jo. xv. Ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia / Et altissimis altum e celum planetarum / altius e stellarum fixarum / altissimum e celum empireum quod dicitur celum trinitatis. In ps. Celum celi altissimo super omnem terram. Ideo subiungit quia nulla fuit alia via salutis hominibus possibilis nisi per revelacionem eorum que deus exegit ab hominibus per fidem spem et caritatem. Unde dicitur sic et sic correcte sunt semite eorum que sunt in terris et que tibi placent didicerunt homines et per sapienciam sanati sunt quicumque placuerunt tibi domine a principio. Et sic [illegible] Et altissime et sapiencia tua data hominibus correcte sunt semite i. perfecti modi vivendi et observandi tua mandata. In ps. Deduc me domine in semita mandatorum tuorum. Semite nisi eorum qui sunt in terris i. hominum terrenorum et sic per modum istum didicerunt homines ea que tibi placent scilicet per incarnacionem filii et missionem spiritus sancti per istam sapienciam scilicet filii i. christum sanati sunt a morbo peccati quicumque placuerunt tibi domine a principio. Mt. 21. Turba que precedebat et qui sequebantur clamabant dicentes Osanna filio David. Ubi dicit glossa quod nemo salvatus nisi in fide incarnacionis explicata vel implicata misterii spiritus sancti. Circa missionem spiritus sancti est notandum quod illa missio fuit mundo utilia quia transvenit enim sicut lactancium consolator / sicut ignorancium informator / sicut vacillancium confirmator / Primo quod venit sicut lactancium consolator / quia nutrix recedit a suo puer statim et plorat / et licet ipsa puerum hortetur et moneat quod non ploret nec doleat puer tamen cum recesserit statim clamat et plorat consuetudinem ipsa cito se reditum promittat nec cessat a fletu donec nutrix mamillam in os suum mittat / Isto modo christus modaliter nutrix apostolorum suorum quos tanquam filios nutriverat et tenere diligebat et fovebat. Osee xi. Ego quasi nutricius effraym portabam eos in brachiis meis. Effraym frugifer interpretatur et figurat apostolos qui fruges doctrine ferebant quibus totus mundus fuit postea fecundatus. Iste nutritus accepit lacrimas sua ab apostolis et dixit eis quod non turbarentur de recessu suo. Jo. xiv. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Vado et venio ad vos iterum modicum et videbitis me. Et infra tamen dixit eis. Et tamen omnibus illis non obstantibus se non poterant a fletu continere. Jo. 16. Quia hec locutus sum vobis tristicia implevit cor vestrum. Et ideo christus volens nos consolari per suam mamillam dulcedinis sue scilicet spiritum sanctum posuit in ore eorum ipsa 20. Lac gencium suges et mamillas regum lactaberis. Mamilla regum i. spiritus sanctus qui est mamilla dulcedinis et clemencie et suavitatis totius trinitatis / Ista mamilla habuit in se lac dulcissimum nutrimenti [illegible] cum dulcia nutriunt [illegible] christum et de spiritu sancto fluit [illegible]

Spiritus sancti missio fuit mundo utilia triplex causa

18

Spiritus [...] mei super mel dulcis / Sed
non sugentes ista mamilla dura
magna est / Eruditi namque per primi
dissoluti postquam suxerunt mordent
dentibus / quidam pellunt manibus, quidam
lacerant unguibus / Primi omnes ingrati
sunt Iudaei / qui postquam spiritum sanctum
receperunt per sacramentum penitentie / rede-
unt ad ingratitudinem per peccatum / Quarto
quidam mordent per detractionem et le-
dunt caritatem que est spiritus sanctus
Gal. v. Si invicem mordetis et
comeditis videte ne ab invicem
consumamini / Quinto quidam pellunt manibus
per rebellionem qui ecclesie resistunt
et doctrine verbi dei Act. 13. Vobis
oportebat primum loqui verbum dei. Sed
quoniam repellitis illud et indignos
vos iudicastis vite eterne / ecce con-
vertimur ad gentes / Aliqui lacerant
unguibus sicut raptores et predones
qui bona ecclesie rapiunt auferunt et
predantur / Et isti sunt mali milites
qui per illam bestiam designantur de
qua Dan. vii. erat terribilis nimis
dentes et ungues eius ferrei co-
medebat et comminuebat et reliqua
pedibus suis conculcabat De istis
tribus ingratis et malis pueris dicitur
Act. vii Vos semper spiritui sancto resistitis

2° missus est spiritus sanctus sicut igno-
rantium informator / Christus cum dei
filius predicaret Iudeis verba sue
sapientie in tantum quod fatebantur Io. vii°
numquam sic locutus est homo sicut hic homo
loquitur / efficeret inter eos opera sue
potentie Io. 15. Si opera non fecissem
in eis que nemo alius fecit pec-
catum non haberent / dedit eis exempla
sanctitatis et bone vite Mt. 11 Discite
a me quia mitis sum et humilis / Et isti
tamen non obstantibus ipsi Iudei verba
sapientie dicebant esse falsa Io. viii°
Tu de te ipso testimonium perhi-
bes et testimonium tuum non est verum / miracula
sue potentie dicebant fieri virtute
diabolica Mt. 12 Hic non eicit de-
monia nisi in Beelzebub principe
demoniorum / Exempla vero sue
sanctitatis sed dicebant hominem peccatorem
Io. 9. Nos scimus quia hic homo peccator
est / Istis ergo visis poterant discipuli
dicere quod Christus recedens ab eis
dixit Euntes in mundum universum
predicate evangelium omni creature /
Domine quando nos relinquis et ad Iude-
os transmittis si verba tua falsa
dixerunt si miracula tua demonibus a-
scripserunt si tue sanctitatis apparentia
in scandalum converterunt quid inter eos
facere poterimus nos ignari qui habemus
parvam scientiam / nos infirmi qui habemus
parvam potentiam / nos revera pauci
qui habemus leprosam conscientiam / Et ideo
missus est ad eos spiritus sanctus pro omnibus
istis sicut informator ignorantium
Io. xiv Paraclitus autem spiritus sanctus
quem mittet pater in nomine meo ille
vos docebit omnia et suggeret etc / In huius si-
gnum missus est spiritus sanctus ~~[illegible]~~
specie ignis / lingue / et columbe / In igne
conspicitur claritas / In lingua eloquen-
tia veritatis / In columba patientia
suavitatis / Sap. 12. O quam bonus
et suavis est spiritus in nobis. In

Spiritus sanctus missus est in specie [illegible] apostolis

20

igne simul designatur potencia quia in-
clementia illum, e contra actu et hec sunt pro
calorem qui in igne designatur et sic
pro splendorem In lingua designatur eloq-
uentia pro vocis clangorem in columba pa-
ciencia / Quod ita fuit quia apostoli habuerunt
predicare principibus qui fidem impugna-
bant per potentiam / philosophis qui eam impugna-
bant per sapientiam / Et populis qui apostolos
non intelligebant propter ydiomatum diversitatem
Et ideo Christus dedit eis spiritum sanctum in
specie columbe ut vincerent per pacientiam /
In specie lingue ut instruerent per sapientiam
et haberent omnium ydiomatum diversitatem
Actuum ii^o ceperunt loqui variis linguis
prout spiritus sanctus dabat eloqui illis
Tertio missus est spiritus sanctus prout va-
cillantium consolator Job iiii^o vacillantes
confirmaverunt sermones tui et genua
trementia confortasti / Vas luteum
quod est recens et non habet aliquam qualitatem
quia luti cedit omni tactui et omni
impulsui / Sic apostoli et alii ho-
mines qui sunt vas luteum per naturam Job x
Memento queso quod sicut lutum feceris
me / nullo modo potuit per se resistere temp-
tationibus scilicet ex sua propria qualitate /
Sed si vas luteum decoquitur et com-
buratur ad ignem fit solidum et durum
et pretiosum / Et ita apostoli se habe-
bant et alii viri sancti se habent in eterna
quia accenduntur spiritu sancto fiunt solidissimi.
temporis dicitur i. [illegible]
et erunt in testes In teste secundum
[illegible] tria considerantur scilicet natura / con-
dicio / vita / natura / ut sit virtus non
fictus / quia servus ille falsitatis et
instabilitatis solet anexa habere
ii^o consideratur condicio / ut sit liber non

servus / quia servus metu domini solet fa-
cile a veritate abduci. Tertio consideratur
vita / ne sit infamis in se / quod de aliis
testificari debet prohibetur / propter ista plati-
tie qui vel sunt effeminati libidi-
ne vincendo vel fragilis terrore cedendo
vel mammone serviendo vel lesi in
bona opinione publice delinquendo / non
sunt idonei testes Christi / nisi sint
per spiritum sanctum confirmati Sed apostoli fuerunt viri-
les propter cordis constantiam / liberi et for-
titudine per veritatis habundantiam / famosi
et bone opinionis propter sanctitatem vite
Et de eis scribitur Actuum iiii^o virtute
magna reddebant apostoli testimonium et cetera Et ista
tria tangit beatus Gregorius Talem
invenit gratia spiritus sancti quod si in corda
venerit dissolvit / si desiderium pravum
consilii consumit / si trepidationem ab-
ducit / dat constantiam et libertatem
Unde Gregorius super Ezechielem considerando
patres novi et veteris testamenti David
[illegible] amos [illegible] pe pan et cetera aptus
oculis fidei intueor implet enim
gratia spiritus sancti puerum citharedum et psalmistam
facit implet abstinentem puerum
et iudicem senum facit / implet pas-
torem armentarium et prophetam facit
implet piscatorem et principem apostolorum
facit implet persecutorem et doctorem
gentium facit / implet publicanum
et primum ewangelistam facit Hec Gregorius
Unde de petro qui cum esset vas lu-
teum non combustum ad vocem ancille
hostiarie negavit Christum / quem postea
coram Nerone et mundi principibus
constantissime predicavit Et ideo
spiritualiter petimus per spiritum principali

3^o

2^o [illegible] tempore

in teste tria exigitur et quod sit [illegible]
teste [illegible]

confirma me. Et tunc constabunt de verbo meo. Docebo iniquos vias tuas et impii ad te convertentur.

Haec illum qui primo formatus est a deo pater orbis terrarum cum solus esset creatus custodivit et eduxit illum a delicto suo et eduxit illum de limo terre et dedit illi virtutem continendi omnia. Hic sequitur .10. capitulum et est secunda pars huius libri secundum quosdam nonnulli etiam signaverunt capitulum in partibus ibi nam propter sapientiam fornicati sunt ego in principio libri dividendo sequebar sed hic modicum refert vel nichil ad librum processu meo tamen sequar in alio capitulo communiter opinata. Unde postquam Salomon multum declaravit sapientie nobilitatem et magna de ea fecit commendacionem propter suos multiplices effectus. In ista parte prosequitur de sapientie utilitate quantum ad quosdam effectus speciales et descendendo in particulari quosdam singulares personas quomodo fuerunt per sapientiam in bono conservate (salvate) et a malo preservate. Unde ab ista parte usque in finem libri ponit exemplificacionem in particularibus gestis et historiis de beneficiis que hominibus per sapientiam sunt collata et de suppliciis que per eandem prodigiis sunt illata. Et dividitur ergo ista secunda libri particula in duas partes. Nam primo agit de beneficiis collatis per sapientiam quibusdam personis. 2° de beneficiis univerto populo scilicet israelitico. 2a pars ibi hic populum iustum infra .c. eodem. Prima pars dividitur in .6. partes secundum quod sex patres describit et ondit a sapientia gubernatos fuisse scilicet adam, noe, abraham, loth, iacob et ioseph. Prima autem pars que est de adam incipit hic Hec sapientia dei quoad progenitores et generis specialiter. Ipse enim habuit principalem primitatem ad genus humanum propagandum, originalem innocenciam ad semetipsum conservandum, virtualem excellenciam ad totum mundum habitandum, personalem magnificenciam ad creaturas gubernandum, filialem indulgenciam ad deum post peccatum reconciliandum. Dicit ergo primo sic: Haec id est sapientia incarnata illum id est adam qui primo formatus est a deo pater orbis terrarum id est qui preordinatus fuit a deo principium et radix totius humani generis et modo est diffusum in diversis partibus orbis terre. Ecce principalis preeminentia ad genus humanum propagandum. Generasset enim homines in statu innocentie sine timore sine pudore et sine dolore. Haec enim illum adam cum solus esset creatus custodivit id est originalem innocentiam sibi dedit qua semper et secure custodiri potuit. Habuit enim anima potestatem dominii super corpus quod nunquam sensisset infirmitatem ab intrinseco nec lesionem ab extrinseco nec decepcionem ab aliquo si in statu innocentie perstitisset. Haec habuit cum solus esset creatus id est antequam genus humanum per generacionem multiplicasset. Tunc enim quando adam solus fuit quia solus in specie virili erat vel quia erat solus ante formacionem mulieris de costa. Ecce originalis innocencia ad semetipsum conservandum et istam iusticiam originalem naturaliter in posteros transfudisset sicut nunc posteris transfudit peccatum originale. Haec et illum adam eduxit a delicto suo

dando sibi filialem indulgentiam ad dandum
perpetuam placationem. Et istud bonum
propter sui magnitudinem civitatem cum duo
alia que sequuntur licet posterius sit
collatum dedit eum gratiam penitendi
pro peccato suo et remissionem eiusdem
peccati et quantum ad hoc dicitur Et eduxit
illum a delicto suo. hoc autem statim fuit
incomplete per primo ad gratiam. sed
complete a parte Christi passione xc.
Hec sapientia increata dedit Ade spiritualem
vel localem excellentiam ad mundum inhabi-
tandum. Sicut eum narrat historia
scolastica super gen. creatus fuit in
agro damasceno et inde translatus
in paradisum qui est locus delectatissimus
ubi modo manent enoch et elias con-
tinuantes vitam suam per esum ligni vi-
te et alio que sunt ibi. Et quantum
ad hoc dicitur sic Et eduxit illum de
limo terre i. agro damasceno in quo
formatus fuerat de limo terre inde trans-
tulit in locum amenissimum paradisi
gen. ii°. plantaverat autem dominus deus
paradisum voluptatis in quo posuit hominem
quem formaverat. Tertio hec sapientia dedit
ade universalem magistratiam ad creature
gubernandum et quantum ad hoc dicitur Et
dedit illi virtutem continendi omnia i. virtutem
et cognitionem quod potuit omnibus creaturis
dominari. gen. i°. dominamini piscibus maris
et volatilibus celi et universis animantibus que
moventur super terram. Dubitatio hic
licet utrum adam in statu innocentie
fuit a deo venerabiliter custoditus. Videtur quod
non quia crudelis pater esset qui permitteret
filium pugnare in duello in quo presci-
ret eum esse vincendum. Sed deus presci-
vit adam filium suum et creaturam vincendum
esse in temptatione futura per diabolum igitur
crudelis fuit non custodiendo eum
ab illa temptatione. Ergo eum competenter
non venerabiliter custodivit. Preterea
si deus eum custodivit igitur non
debuit permittere temptari. Videtur
magister sententiarum di. 33. c. i. quod glosse
est non consentire quam temptari non
posse. Et ideo deus eum temptari permi-
sit ut inde gloriam reportaret
victoriam. Ergo nichil est dictum quod deus
permisit ut homo vinceret. Preterea superius
est ordinare bonum quod est ad suum finem
sua convenienter sic competit a deo ordi-
nari. Sed finis hominis est beatitudo
et beatitudinem posset homo attigisse
convenienter sine temptatione et sine peccato
quia illa sunt impedimenta ad beatitudinem
consequendam. Preterea ad bonum custodem
pertinet precavere et removere omnia
pericula ab illo quod est sue custodie
commissum. Igitur deus potuit temptationem
amovisse. Ad oppositum dicitur hic in libro
est sapientia increata eum qui primus est
creatus custodivit illud. Ad quod
dicendum quod deus eum custodisse dicitur
quia sibi de iustitia originali et gratia
providit per quem perimet ipsum potuit
custodisse si voluisset. Ad argumentum
cum est in contrarium sicut docet dyonisius
x. c. de di. nominibus providentie dei non
est nature corruptiva sed salvativa
unde ad providentiam pertinet naturas res
administrare sicut condecet bonitatem
universalem. Secundo non quod bonitas contingens
prodeat bonitati perfecte. Unde si ad

Adam in temptatione a deo voluit custodiri
22

eet melius parti quam toti cadet in puni
dicium pertinet ad bonum gubernatorem
eo quomodo parti subtrahe ut habetur
contra tocius. licet enim si in ymagina
cione melius esset pedi esse caput quam
pes melius toti homini habere unum caput
et duos pedes quam duo capita et unum
pedem. Ad secundum igitur dicendum quod decuit
creare unum universum in quo essent varietas
specierum et naturarum ad distinctionem sue bonitatis
inter quas species hec est quedam de
nobilibus. non autem posset hec esse homo
nisi esset peccabilis et temptabilis ad
plus quam aqua pluvialis ut fontis
et plus per illa crescunt arbores
et nichil bene crescit nisi bene
imbibatur aqua. Moraliter autem pluvia-
lis que de celo descendit est doc-
trina moralis sacre scripture Deut.
32. Concrescat ut pluvia doctri-
na mea. Ista plus confert piscibus
et plantis id est hominibus in mundo
conversantibus et crescentibus quam quecumque
doctrina contemplativa moralis a phi-
losophis adinventa, et ideo spi-
ritualiter potatur aqua sapientie salutaris
Eccl. xv. In ps. In loco pascue
ibi me collocavit / super aquam
refectionis educavit me. Aqua
enim sacre scripture non solum potat
bibentes sed eos reficit. Unde
inter religiosos in refectorio
legi solet ut non solum ventres
cibo sed mentes reficiantur ver-
bo dei. Ista aqua mutatur in vinum
ad preces matris quia nisi ipsa gra-
ciam devocionis impetrare dignetur
insipidum apparebit quicquid ab homine
profertur. In cuius signum non nisi
ad instanciam matris christus in nup-
tiis aquam convertit in vinum. Jo.
ii. 3o aqua in scriptura sacra
signat sapientiam salutarem propter eius
figuralem representacionem. In aqua enim
clara et non turbida sed quieta
species rerum obiectarum apparent vel
visibiles. Silvester in megacosmo
ponit labentis aque clara sta-
cione planta ac lubrica superfi-
cies figuras reddit cunctos
umbrarum imperiis lacessita vel
aqua tenet vicem speculi ad instar
paupertini Eccl. 21. In qua replen-
det vultus prospicientis. Isto modo
scriptura sacra seu coram dei verbo
contemplacionem sibi ostendit qualis est in mori-
bus. Unde Gregorius 2o moralium scriptura sacra
mentis oculis quasi quoddam speculum
opponitur ut interna nostra facies
in ipsa videatur. Ubi et enim feda
ibi pulchra cognoscimus ibi sentimus
quantum proficimus ibi quam longe a
profectu distamus. 2o principaliter aqua
in scriptura signat astuciam secularem
de qua apostolus i cor. 3. Sapiencia huius
mundi stulticia est apud deum
Scriptum est enim comprehendam sapien-
tes in astucia sua. Hec est enim
astucia ad modum aque dat appetitum
carnalitatis excellenciam sublimitatis
insolenciam mutabilitatis. Primo
astucia secularis dat appetitum carnalitatis
secundum illud quia sicut aqua videtur [illegible]
appetit quia est in sua propria concavitate
unde ptolomeus qui in aqua ponitur
vir magnus / et seneca de naturalibus
questionibus libro primo omnia per aquam
mediocribus longe videntur esse maio-
ra / et certo post / Sed contra apliorem

p nube appriacti videntur q2 aves
ura in fundo habitur ut apphende
q volt fidelis pt q nimbus fiet
s potulo impleveris aq 2 i ill9
ciecis annulu na eo in ipo fundo
annul levaret facies ei9 i summa
redditur quidq videtur p summo
vere loge amplius no e. hec veue
.. p2 z in pspectiva z a. que e
ab oculo in tra distancia posita
no videntur aque sup infusione
incipiunt videri. unde si denari9 z scin
tella ponit sumat q distancia
aqua minime videat s aq istu
tella infudat eode exnte spa
cio iut scintilla z oculu denari9
qui p9 ad infusione aq videri
no poterat appebit. Moraliter
qntum q quis fuit modici fr9
modum sine pulchritudine z forti
tudine corporis sn durens sn gne
fr ymitibus ei aq sapie saluitaris
opatur grdspcet z appebit mag
nus adsistat mira civilia ornet
fr legibus z statutis regni z stati
appebit nobilissie qntitatis feriaet
cu crepe in divicijs fertilia / et
thezanns z ti no e maior i rei
libate apud deu fr minor / greg
i mor pmilus e qui terena dili
git magnus qui celestia genpis
cit unde qums appeant magni
nobles z iocundi apud stlares
indicatos / sunt ti in dino 9spcto
z indicio qstie pprie p ignobiles

z dolore plem Job. 26 Ecce giga
tes gemunt sub aquis z qui ha
bitant cu eis / gygantes hoc e illi
qui nunc indicant magni diciti / 2o
aq dat excellencia subtilitatis
aq enim natr querit tre superem
ne z diuini / z alr no qmiestit
aq natr q ille totus appetitus
aq supponi i medietate z pdnari
terre / Isto mo mobr astucia se
ctaris ad nullu aliud fine ec dit
nisi ad nolandu in honoribus z ad
acquirendu diuinu tencionis In
cuius figura aq p dmpit aves
gen 1o pducat aq reptile an
ime / z volatile sup tra sub f
mamento celi Astucia enim stlaris
sup gnm homin pducit reptilia
z volatilia Reptilia sunt agricul
tores z mercatores sunt artifices
z hu quorum tota e qupsitio i tra
Volatilia sunt nobiles placitato
res z usurarij solepnes / z chari
ssimo maci / z sim nobiliu qstia
rij Isti acquirunt hoc sublimia
z gradus z dignitates in eccia
gen 1 Amphorate sunt aque
z elevaverit archa i sublime
a tra / 3o aqua dat in solencia
mutabilitatis unde omnis insu
lares z maritimi mostrares
sunt z insolentes nimis sicut
patet de nautis qui graviter gu
pantur i aquis thesis ut regu
lant p luna que e dna aque / lua
aut e velocissimi motus hoc e.

plures circumvolutiones faciat circa t-
erram quam quevis alius planeta
et sic moraliter astucia secularis red-
dit homines mutabiles varios et
versipelles ad modum lune in hiis quod in quo
tro sicut torno itinere conditur. De
ista astucia dicitur Ier. 24. facta est
michi quasi mendacium aquarum infide-
lium baculum construentes rectus si vera
cuius medietas profundatur in aqua
videbitur tortus. Sic isti fratres pla-
centatores constituentes sunt contra homines
in spiritu et per eorum astuciam versuciam
faciunt apparere iniustum et econtr-
ario iniustum faciunt videri rectum
et hii sunt a quibus iurgia et lites
et mille mendacia oriuntur. Primum in-
cipit diminuit aquam id est quem astu(cia)
secularis sine regula bone conscie(ntie)
vertitur caput est id est principale e-
tiam lex inter homines mundiales. 3o
principaliter aqua in sacra scriptura significat
penitentiam regularem aqua enim lavat
sordida flectit rigida et coquit
cruda. Isto modo penitentia peccato ablut(a)
sordes peccatorum constituentes faciunt
enormia. In cuius figura dicitur
ad Naaman leprosum 4 Reg. 5. Va-
de et lavare septies in Iordane
et recipiet sanitatem caro tua
atque mundaberis. Ezech. 16. Lavi
te aqua munda et mundavi sanguinem
tuum ex te. Sanguine tuo hoc est
peccatum quod ex carne et sanguine
oritur sicut dicitur ... nescio quid
quod cogitaret caro et sanguis
hoc igitur sacramentum penitentie significatur.

3 p(rinci)pale

pro piscina probatica. De qua Io. 5. dicitur
quod habuit quinque porticus in quibus iace-
bat multitudo languencium angelus
autem domini secundum tempus descendebat et
movebatur aqua et qui primus descen-
disset post motum aque sanus fiebat
a quacumque detinebatur infirmitate.
Piscina dicitur quasi piscis non semper pro
[illegible] probaton grece ovis latine
quia igitur illa aqua caruit piscibus
et oves immolande ibi lavabantur
ideo piscina probatica dicebatur.
sacramentum penitentie significat in qua lavan-
tur quilibet qui deo immolandi sunt
habet autem quinque porticus sive quinque
occasiones ex quibus aqua penite(ntie)
ingreditur. Secundum verbi dei predicacionem
spiritualem sancte ordinacionis divina
inspiracionem et in corpore infirmitatis
tribulacionem quidam et multi valde
ingrediuntur piscinam penitentie per porticum
verbi dei. Act. 2o. Hiis auditis com-
puncti sunt corde et dixerunt ad
petrum et reliquos apostolos quid faciemus
viri fratres. Petrus vero ait ad illos
penitenciam agite etc. Alii ingrediuntur
piscinam penitentie per porticum sanctorum
virorum. Greg. 4o dyalogorum. Sunt
nonnulli quos ad amorem patrie ce-
lestis non nimius exempla quam predicamenta
succendunt. Alii per porticum cau-
te constitucionis quam precipitur cuilibet
[illegible] semel in anno confiteri
et communicare. Alii per divinam et oc-
cultam inspiracionem sicut [illegible]
bundens demones, et alii per in-
firmitates corporee flagellacionis et

ipe e partic(us) quisquis in q(ua) iacet
multitudo maxima languentium
in quo nolunt credere ceciam(?) ... n(on)
p(ro) infirmitate articuli mandentur

2° aqua designat predicatores q(ui)
flectunt rigida. Ita predicatores corda
superba et indomita et insolentia
flectunt ad obedientiam verbi sicut co-
rallus q(uod) dum est in aqua crescit
et augetur ad modum plante q(uia)
cum extrahitur rigescit in lapide-
m. Illud ovidii in methamorphosi xv.
Sic et corallum quo primo contigit
(a)ere tempore durescit mollis fuit her-
ba sub undis. Ita multi dum sunt
multis verbis predicatoribus datis eciam
et molles ac tractabiles sunt, q(ui)
cum predicatores ponit inveniuntur rigi-
di et rebelles. Ezech. 2°. Dixi eis: Vigi-
lo ... plan(?) et ... rebellans(?) ... mei
fructu. 3° aqua designat peni-
tenciam que coquit cruda, cum admi-
nistracio ignis q(ui)d crudum est et
digestionem contrarium sit per decoccionem
magis conveniens corporis ...
Isto modo quidem incorrupti non possunt
corrupi p(er) p(ro)missione p(ro)pter sua crude-
litatem et insipiditatem dum ... ri-
gnis penitencie decocti fuerint. Ezech.
24. Consumentur carnes et coquetur
universa compositio et tabescent ossa.
Consumentur carnes id est carnales
affectiones et coquetur universa com-
positio id est ornatus superfluus ad
modestiam reducetur et assata
id est rigide et rebelles voluntates
ad humanitatem ducetur.

... cum eciam temptati sunt et quidem
cum misericordia disciplinam accepe-
runt acciperet sciverunt quemadmodum
cum ira iudicati impii tormenta
paterentur. Hos enim quidem tamquam pater
monens probasti, illos autem tamquam
rex durus interrogans condempnasti.
Absentes enim et presentes torquebantur.
Duplex enim eos acceperat tedium
et gemitus cum memoria preteritorum.
Item est pueris quod tam hebrei quam
egipcii a deo flagellati fuerunt. In
hac parte ostendit quomodo isti
populi dissimiliter fuerunt afflicti, nam
hebrei ad correctionem, egipcii ad
dampnacionem, et circa hoc duo facit.
Primo proponit afflictionis diversitatem.
2° replicat egipciorum perversitatem id est
p(ro) cogitacionibus aut insensatis.
Circa primum duo facit. Primo ostendit
quod tribulacio immissa hebreis cessit
eis ad morum informacionem. 2° quod
tribulacio inflicta egipciis fuit
eis ad pene eterne inchoacionem.
Et ad istud facit loquendo alternatim
et transsumptive de egipciis nunc
de hebreis. Circa primum dicit sic quod
afflictio immissa hebreis in illa siti
in deserto fuit pro eorum probacione casti-
gacione et informacione. Probantur
ad eorum humiliacionem, castigabantur
ad morum suorum correctionem et in-
formabantur ad cognoscendum
divinam bonitatem consulitur ad eorum
probacionem dicit sic: Cum enim temptati
sunt et probati ad bonum eorum gen(esis) 22.

temptavit deus abraham et dixit ad
illum etc. Et quidem eo modo discipli-
na accipientes vel acceperunt quia
castigabantur misericordiam ad suam
correctionem et per illa castigacionem
cognoverunt compunctam quomodo
diversam ultionem id est dampnacionem egip-
tiorum Et ideo subdit sciverunt quemadmodum
cum ira iudicati impii id est egipcii
tormenta paterentur id est per illam sitim
quam sustinuerunt filii israel quando aqua
ex defectu sitierunt cognoverunt
egipcii afflicti quondam tempore quo
tota aqua egipti in sanguinem fuit
conversa de quo patet Exodi vii in sequentibus
aquas eorum et ymbres eorum
ne biberent Sensit igitur illa sitis
illata ut dilectionem dei ad se cognosce-
rent et ad eorum informacionem ut
penam quam egipcii sustinuerant
per manum dei in semetipsis senti-
rent per sitim consimilem. In hoc tamen
fuit distinctio quia hos quidem
id est hebreos tamquam pater monens pro-
basti / illos autem tamquam rex durus
interrogans condempnasti / pater enim licet per-
mittit filium aliqualiter indigere ad
ipsius castigacionem / nunquam tamen eum
eciam convincit mortalitatem [?] Exodi [?] de
patre et filio prodigo Luce xv. Eo
adhuc longe esset vidit eum
pater suus et misericordia motus est / Sed
rex condempnans aliquem iudicialiter
ad penam mortis illam penam
execucionem demandat sic eorum [?]
tacione quando vel dispensacione eorum [?]
igitur deus filios israel sitire permi-

sit sed cito eis de remedio miraculo-
se providit Et ideo dicit hos quidem
tamquam pater monens probasti et quia egipcios
siti puniuit non contra illa alia
dispensacionem adhibuit / ideo de-
bemus intuere illos / autem tamquam rex
durus interrogans condempnasti et non dicit absolute
tamquam rex sed rex durus quia rex
bonus se habet ad subditos sicut
pastor ad oves et pater ad filios
patet viii ethicorum. Consequenter quia
fuerunt egipcii non probati vel casti-
gati et quia magis afflicti fuerunt
ostendit ex circumstancia loci et temporis
[?] eos aliquando affligebantur quia
fuerunt in locis ubi solet aque ha-
bundare sicut absentes a locis
illis quia omnes aque converse sunt in
sanguinem ita ut essent impota-
biles eis et hoc est quod dicit absentes
enim et presentes similiter torquebantur
et quia similes erant in delicto
fuerunt similes in pena. Circa [?]
autem ad circumstanciam temporis pertine-
bant quia gemuerunt ex dolore
pene presentis / et timuerunt de fu-
turo commemoracione preteritorum / hos
quidem tamquam pater monens probasti
v. Videndum quod triplicem patrem habemus
temporalem per creacionem / corpora-
lem per propagacionem / spiritualem per
curam et informacionem / de primo dicitur Deuteronomii 32
Numquid non ipse est pater tuus qui pos-
sedit te. fecit et creavit; Mathei 23°. patrem noli-
te vocare vobis super terram unus
est enim pater vester qui in celis est / Iste
pater est pater stabilitatis / pater potestatis.

v. patrem triplicem habemus [?]

pr pietatis. pr sticatis Jo xvii. pr sce. glo eos in nomine meo quos dedisti michi Et infra pr. scifica eos in veritate. pr ptatis cui ix. pr oia possibilia sunt tibi vel x pr pietatis 2a cor. i. benedictus deus et pr dni nri ihu pr misericordiarum et deus totius consolacionis. Forma est pr sctatis debemus eum deprecari per devocionem. quia pr ptatis debemus eum venerari per subieccionem. quia pater pietatis debemus eum imitari per assimilacionem. quia est pr sctatis debemus eum deprecari per devocionem mt vi. pr nr qui es in celis. sctificetur nomen tuum. que est oro divina in qua dns nobis vnica precarissimis petitionibus includitur que omnes alias oraciones antecellit auctoritate, utilitate, compendiositate. Cuius si fideliter fieret et humiliter diceretur et impetrabimus quecumque nre salutis poterit expedire Jo. xvi. amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis Et est notandum quod multo utilius est illam oracionem dicere generalem. quam particularia verba in ea deo exprimere quibus plerumque ea desideramus que nocent obtenta. Unde valerius li° p° ca° z. Socrates humane sapie quasi quoddam terrestre oraculum nichil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur ut bona tribuerent quia hii demum scirent quid unicuique sit utile nos autem plerumque illud votis expetimus quod non impetrasse melius foret. Et cum densissimis tenebris molita mortalium mens in quam late patentem errore cecas precaciones suas spargis divicias appetis que multis exicio fuerunt honores concupiscis qui tam plures perdiderunt regna tu volueris quorum exitus sepe miserabiles cernuntur splendidis coniugiis inicis manus at hec ut aliquando illustrant ita nonnumquam funditus domos evertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis quasi felicissimis rebus inhiare teque totam celestium arbitrio permittere quia qui tribuere bona facili solent et eligere aptissime possunt luc. xi. Si vos cum sitis mali nostis bona data filiis vestris quanto magis pr vester. de celo dabit spiritum bonum petentibus se. Secundo quia pr iste est pr ptatis debemus eum venerari per subieccionem. malach. p°. filius honorat patrem et servus dominum suum Si ergo pr ego sum ubi est honor meus et ecc. 3. magna est potestas dei solius et ab humilibus honoratur Tercio quia est pr pietatis debemus eum imitari per assimilacionem luc. vi°. Estote misericordes sicut et pr vester celestis misericors est laudabile est et honorabile in filio bonam proprietatem patris effigiare proprietas dei est misereri et ideo beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. mt. v. Secundo debemus patrem nostrum laudare per propagacionem. Et istud debemus in bite nrtus supportate in xpo &c.

2

3

2a pri

ns repudiare / eciam medicus co
gitare / ipsi mihi pri debemus i. lecte
natus si indiget ministrare bn̄ e[illegible]
exponens i° Jo. 19. Mulier ecce
filius tuus dixit sic / docet nos xp̄c
usque ad ultimam respiracionem parentum
diligenciam habere / quia cum aliis mulie
ribus astantibus nichil dixit / docet
nos plus aliquid impedire parentibus
sicut cum xp̄ianum ad infideles geni
tores ad spiritualia nosse non debet
ita quod nichil impediunt sed eis pro
bet cum alios qui genuerunt / et qui
aluerunt. Unde Ambro. super i. ad
Ti. honora / primum inquit gradum
pietatis est iste ut quos auctores
tibi voluit esse deus honores obse
quiis / abstineas contumeliis quia illa
eligenda est pietas parentum / Unde
apostolus 1. Ti. 5. docet quod parentibus
debemus sufficere in nutrimento et de
bemus eis honorem quemadmodum i dicis
[illegible] maximum beneficium gratum audi et mi
endi / 2. 6. 28 / dicit quod in honoribus
quos debemus dicis parentibus non est possi
bile reddere sed digitate beneficiorum
ab eis receptorum / Et ideo apud
antiquos tam honor exhibendus
est deo / quam honor exhibendus parentibus
pietas dicebatur. Unde tullius in sua
rethorica pietas est per quam sang
uine iunctis patrie que benivolum
officium et diligens tribuitur cultus
huius pietatis exemplum tribuit nobis
natura in ciconia / de qua solinus de mira
bilibus mundi / Ciconia cuius est
pietas tanta quantum temporibus impenderit

fetibus educandis tantum et ipse invicem
a pullis alitur. Unde quilibet
filius per spacium annorum vellet esse
parentum curam expendere sicut ille eum
septem annis ab aqua et igne
custodire tenetur Ecc. 3. Fili
suscipe patris senectam tuam et non contristes
eum in vita illius. Et si defecerit sensu
veniam da et ne spernas eum in tua vir
tute / hanc naturam ciconie narrat
plenius Ambrosius in exam. de ope quinti
diei c. 37. hec avis depositi pro
aetatis per longevam senectutis plumarum
tegmine alarum quoque remigio nudatos
circumstans soboles pennis propriis fovet
Et quid dicam collatis cibis pascit
quin et ipsa repat mente dispendia
ut hinc atque inde sublevatos pennæ
fulcro alarum suarum ad volandum exer
ceant et in pristinos usus dissueta
iam reducant et pium patris membra.
Et io ratione usu pia avis vocatur
Hec Ambrosius. hec quoque avis sunt deo
consecrata sicut dicit Juvenalis lib. i.
In signum quod nisi a filiis debitus
honor parentibus impendatur nulla in
re parentibus concordia patet esse / Et io
inter divina precepta 2° post honorem patris
et matris. ut patet longevus super terram
Exo. 20. Et in lege moysi tactum
fuit omni maledixerit patri vel
matri morte moriatur. Exo. 21.
quod 2° preter ista debemus in xp̄o con
trariis repudiare ita quod si illis
quod ad intellectionem vite perfectionem et
repudiare xp̄o pertinet imitacionem
patri voluit filium impedire sicut de
ingrediendo religionem / de bono de
continencia et huiusmodi que ad consimilia

profectionis pertinet nostruit filius eum
non solum debet non expectare sed sua
verba repudiare. unde doctrina salvatoris
Matthaei 10: veni enim separare hominem adversus
patrem suum et filiam adversus matrem
suam. et in eodem: qui amat patrem
aut matrem plus quam me non est me
dignus. super quo verbo Jeronimus dicit:
Ordinatas venit ut amor parentum
sive filiorum amori dei adparet et non
possit naturam parcere odium in filios pie-
tas in deum est suadenda. potissime tamen
cancelli dicuntur a bonis ab amore
religionis retrahi per amorem parentum.
In cuius figura sicut dicitur Johannis
et Christus cum diu esset occupatus in
officio praedicandi suggessit ei quidam
Matthaei 12: Ecce mater tua et fratres tui foris
stant quaerentes loqui tibi. insidias
ipsos tendens ut per carnalem opinionem carnis
et sanguinis auferret. super quo loco
expressime loquens Crisostomus dicit: Dum
Christus persuaderet populo quod esset filius
dei diabolus praevenit adventum matris
ut et turbe videntes parentes carna-
les dignitatem eius obscuraret. nam
et ideo qui vult fugere a mundo non
debet hoc parentibus vel amicis carnalibus
indicare. figura Genesis 31 quod Jacob
dum vellet fugere in patriam suam
[illegible] et postea voluit de fuga
praemunire. Judicum 14: Sampson leonem
occidit in frusta et postea de ore
leonis mel comedit et neutri patri
vel matri indicavit. et ideo de ista materia
Jeronimus in quadam epistola ita scribit: licet
in collo tuo parvulus dependeat nepos
licet sparso crine et scissis vestibus ubera

quibus te nutrierat mater ostendat licet
in limine pater iaceat per calcatum perge
patrem siccis oculis ad vexillum crucis
evola. solum pietatis genus est in hac
re esse crudelem. ¶ 3° parentum istorum
debemus etiam inordinatos cogitare
nostrum quod dum [illegible] esse ingratitudinis illi
pro quo deus dedit nobis esse. Ecclesiastici 23:
memento patris tui et matris tuae. sed de
filiis ingratis conqueritur. videmus quod quantum-
cumque cari fuerint patri vel matri quantum-
cumque divitias copiosas relinquant
post tres dies a sepultura parentes
oblivioni perpetuae recommendant. sunt
quidam dolorem in habitu nigro et
vultu lacrimoso praetendunt et cordis
laetitiam quandam occultant. istorum
similatum fuit talis fuit illa Gel-
lia de qua meminit Martialis coquus
libro 1° epigrammatum: amissum non
fletum sola est Gellia patrem si quis
adest iussae prosiliunt lacrimae. non
luget quisquis laudari Gellia quaerit
ille dolet vere qui sine teste dolet.
vult dicere quod ista Gellia quando erat
sola in nullo doluit morte patris
quando aliquis venit quod aliquis eam videret
statim voluntarie lacrimas fundit.
unde poeta dicit: Gellia nullus
dolet veraciter qui vult de suo dolore
laudari sed ille dolet vere qui sine
teste dolet. ¶ 3° debemus patrem spiritua-
lem reverentia et conservatorem nostrum debemus
obedientiam benevolentiam et honorem
et multo magis ipse pro nobis tenetur
reddere rationem. tenetur instruere per in-
formationem tenetur nos fovere per
corporationem. de talibus patribus [illegible] corpor[illegible]

3ª pars

illud Gen. xlvi. pastores ovium sumus et
nos et patres nostri. Iste pater dicitur esse sp(iritu)s
helias de quo dixit heliseus: pater mi pater
mi currus israel et auriga eius,
et pater currus supportans spiritualiter debi-
litates infirmorum, et auriga pungens
libere negligencias accidiosorum. Iste
dicitur esse archa domini in qua fuerunt virga
tabule et manna, scilicet in prelato debet
esse virga castigationis, tabule infor-
macionis et manna consolacionis,
sub angelus consolatore primus prepositus
ad omnes. Iste debet habere non solum
faciem leonis per austeritatem sed faciem
hominis per mansuetudinem et pietatem.
Erat columpna non solum ignis per
acrimoniam correctionis sed et columpna
nubis per suavitatem precationis. Sub
...bus super eum distere subditorum
mores nos esse debemus non dominos. Studete
te magis amari quam timeri. Et si interdum
sub peniteate opus est pena sit non
tyrannica. Mores ... patres cor-
ripiendos ... exhibeatis. Suspendite
verbera, producite ubera, pectora lacte
pinguescant, non typo turgescant.

Cum enim audiret per sua tormen-
ta sub specie aque consecrati
sunt domum admirantes in fine consi-
tus, que enim in experiencie pena prius
tamen desperacio in fine cuiusdam mira-
ti sunt non simili insufficiencia
postquam cursum est talis pena consimilis
ad devisam tamen fine afflicti sunt scilicet
egiptii et hebrei, illi in egipto et
isti in deserto. In hac parte declarantur
quatuor unde pro primo iusticie provenit
apud egiptios. Et est duplex:
prima iusticia fuit quia qui deum se

ignorare dicebat ad dei noticiam
et confessionem inducerentur per vexacionem.
Secunda iusticia fuit quia qui dei prophetiam
contempserat et morti exposuerat
illud postea venerarent per admiracionem,
et iusticia penitencium cum divina flagellacione
sentirent, exponerat filium in hodier-
na lectione. Et patet ibi: Cum enim in
experiencie pena. Primo quod ipsud ...
de egiptiorum flagellacione probatur
quia illi qui pertinaciter et malicose dei
noticiam se habere negaverunt. Exo. v.
Quis est dominus ut audiam vocem
eius et dimittam israel? Nescio dominum
et israel non dimittam. Quia illi ...
ad dei recognicionem et confessionem
per tormenta cogerentur. Et postea
cum ... senserunt se torqueri
diuturnis ... per mutacionem aque in
sanguinem, vel per ranarum immissionem,
vel per alias octo plagas redacti
sunt ad recognoscendum divinam
potentiam. Sub typo trino signo de
cinifibus dixerunt malefici pharao-
nis: digitus dei est hic. Exo. viii.
Dixit pharao post plagam grandinis:
peccavi et nunc dominus iustus, ego
et populus meus impii. Et Exo. xiv.
Fugiamus israelem, dominus enim
pugnat pro eis contra nos. Hoc
dixerunt quando fuerunt in mari rubro
et dominus exercitum eorum percussit ymbre,
flumine et tonitruo. Immediate autem
quando mare rediit super eos et hoc est quod
hic habetur dicens: Cum enim audirent super-
egiptii per sua tormenta sub agi-
iuste tamen eis commemorati sunt domini.

i. recognoscentes se de sua virtute cor-
ruptos diu et deum oppressisse sunt / ad-
mirantes in fine contrus i. de fine
exitus israel de egipto / in quo fecerit
magnalia in egipto / mirabilia in terra
cham / terribilia in mari rubro quia
per tormenta et flagella dei reducti
sunt egipcii ad benedicendum moysen
dei prophetam quem prius primo submer-
gere volebant exo. i° et quod ad lit-
teram dicit sic. quem cum expositione sua
quia de precepto malicioso regis e-
gipcii parvuli exponebantur ad mor-
tem et periebant in flumine preceptum
moysen deseruerunt i. contemptibiliter
abiecerunt in fine exitus in mari
sunt / quia scilicet in tot plagis et portentis
percussit egiptum et eduxit populum
suum de egipto et ultimo mari rubro
submerso egipciorum exercitu in eo de-
us sanctus israel facies ipsa littera
dz continuari cum superiori taliter vero
dixit introgressus cum deo / non sit misericors
sa. alias non appetit congruitas. i. [illegible]
sumere et esse quod alii sunt iniustos
hebreos alii iniustos egipcios quia
illos ad correctionem istos ad dampnationem
ut in benedictione precepta deum sunt quem
cum expositione sua preceptum dei
sunt accepimus

4. Re cogitacionibus aut insensatis
iniquitates illorum quia quidam
creatores colebant multas species
et bestias supernaturales / i. mysticas
in multitudine virtutum aquarum
in vindictam / ut scirent quod per que
peccat per hoc et torquetur
postquam suum deum glorificando

et magnificando verterunt in ablatam
afflictionem quod egipcios intulit eos [illegible]
phoe flagellando in hac parte agit
de eorum culpa ondendo quod iuste puniti
sunt propter congruentiam culparum suarum. Et
circa hoc duo facit primo ostendit culpe
penam 2° ondendit proportio debita inter
ea ibi ut scirent. Circa primum duo facit
quia primo ponit libertatem peccandi
in generali 2° exponit facultatem per
eundem magis in speciali 2° pars ibi ex
quidam creatores. Circa primum dicit sic
pro cogitacionibus aut insensatis ini-
quitatibus illorum quia d. alia ratione
probabili vel temptatione carnali
peccaverunt propter ydolatriam per quod
evanuerunt in cogitacionibus suis / obscu-
ratum est insipiens cor eorum / 2° d. primo
s3 aliter in speciali quomodo erraverunt
sicut quidam creatores colebant serpe-
tes quia i. quod quidam ut egipcii et
cananei qui ad sua superstitiones
ydolatrie invenerunt creatores errore
morum inexcusabili pu. ix. Erant
qui colebant mala cole. mu. spe-
tes. i. esculapium sub specie serpentis
et bestias supernaturales i. pictas
vel sculptas / vel supernaturales i.
inutiles ad usum humanum sicut ser-
pentes et bufones / vel bestias sup-
naturales i. fictas ymagines
bestiarum / colebant enim iovem
sub specie arietis / et mercurium sub
specie canis / vel sicut dicit magister in
historiis hamo de pigebaltur
capite arietino / anubis capite
canino et tere pres al fuit

quarum vel aliarum bestiarum effigies
dicit ysidorus viii ethimologiarum c. vltimo quod
mercurius pingebatur eo capite
canino quia canis est animal saga-
cissimum et mercurius est deus eloquen-
tie habuit in capite et in pedibus
alas ad designandum velocitatem
qua defert sermo per aera et quia
sic coluerunt ydola bestiarum meri-
to per bestias puniti sunt unde
subdit immisisti illis multitudinem
multarum bestiarum aliud .i. vindictam
reddere dignum fuit ut qui
coluerunt per creaturam vindicabantur.
penam sustinent a creatura quam
querebant operari, unde multo sub
insurgit sportorum pene ad custodia
sic ut sciant quia per que peccavit
quis per hec et torquetur. Exodi autem
istam sportorum visitatam habemus
multum valde in scriptura sacra
Golias cum gladio quo voluit
occidisse david occisus est, quod
paraverat mardocheo hester .x.
dives epulo lingua cruciatus
est, in qua fuit prius voluptuo-
sus delectatus luc. 16. Ezech. 3?.
cum sanguinem oderis sanguis te
persequitur, mt. 26. omnis qui acceperit
gladium gladio peribit, apoc. 13
qui in captivitatem duxerit in
captivitatem ibit, et qui gla-
dio occiderit oportet eum gladio occi-
di, ysa. 33 ve qui predaris nonne
predaberis, prov. ?? qui inebriat
ipse quoque inebriabitur, abacuk 2°.

quia tu spoliasti gentes multas
spoliabunt te omnes qui reliqui
fuerint de populis, Samuel ait
agag in frusta divi sicut fecit
absque liberis mulieres gladius
tuus sic absque liberis inter mulieres
erit mater tua. Duo sacerdotes fu-
erunt lapidati iniuste quia iniuste vo-
luerunt lapidare sanctam Susannam
daniel 13. Herodes in filiis suis
punitus est quia filios aliorum inno-
centes trucidaverat, unde sicut
multos filiis orbaverat sic ipse fi-
liis miserabiliter est orbatus, sicut
dicit magister in historiis super evangelium
narrat et ovidius primo de arte
amandi duo ad propositum exempla primum
est tale, contigit semel in egipto
tanta siccitas quod per novem annos
non fuerunt ibi pluvie imbres, fuit autem
busiris quidam potens et magnus
tyrannus in terra illa, accessit autem
ad istum busirim vel busiridem qui-
dam nomine trasius et dixit sibi
quod si effunderet sanguinem alicuius
hospitis ad eum venientis et sacrifi-
caret eum jovi quod statim haberet
iovem placatum et pluviam in ha-
bundantia sicut pecus expediret
per terra, cui statim busiris respondit
tu inquit eris hospes tu facies iovis
hostia primus, et egipto tu dabis
hospes aquam, et continuo eum occidit
et iovi eum sacrificavit. Secundum exemplum
tale est phalaris quidam tyrannus
fuit rex sicilie qui nomine torme-

ta excogitavit ut homines cruciaret
ad istud accessit quidam nomine perillus
et dixit sibi domine inquit ego faci
am tibi unum bovem eneum et erit
apertum et qui volueris aliquem in tormentum po-
nes eum in illo bove per unam fenes
tram quam faciam in latere bovis et tunc
apponens ignem et iste clamando prae
dolore fiet mugitus magnus mira-
bilis per misterium eneum / Tyrannus
sibi registrabat / Perfecto igitur instru-
mento phalaris accessit ad perillum et eum
misit per illum bovem artificem in bovem
mitti et trucidari pena quam ipsemet
pro aliis excogitavit / de isto ovidius
dicit ovidius sic Justus uterque fuit
nec enim lex equior ulla est quam necis
artifices arte perire sua Igitur per que
peccat quis per hec et torquetur Isti
sunt quos ridebat aug(ustinus) de quo supra
ubi inquit quod membris et sensibus corporis
imputandum sit peccatum et videt quod non
sed non(?) de actionibus et voluntatis
si iuste sunt cruciantur membra et
sensus quibus sunt unde putant deus
nos in potestate quod in nobis est subiecit
voluntate ut adimplendum eius non possis
non movere nos et facere quod volumus ymo
ipsamet nos velud instrumenta sua et
facit opera que videmus facere / quidem
quod faciunt imputandum est voluntati
dicit aug(ustinus) Et tunc pro aliquo minima
sunt corpus et membra puniuntur pro culpa
voluntatis cum quod obediendo voluntati s-
nat legem eius a deo inditam nec
peccant per quas videt aug(ustinus) quod non est
sic quod sicut sola voluntas peccat
sic sola punitur sicut eam peccat per

corpus et membra sic per corpus et membra pu-
nitur. Sicut inquit in membris et
sensibus voluntas operatur ita ipsa
in illis torquetur aut delectatur nichil
enim est venale nisi quod est contrarium
voluntati volebat multos sperantes
sicut dicit aug(ustinus) 12 de c(ivitate) d(ei)... Sicut
in peccato primi hominis tres creature
fuit vir mulier et serpens ita in
peccato actuali ista tria concurrunt
sensualitas vel inferior et vel superior
ita quod sicut eam sensualitas tenet lo-
cum serpentis istud igitur serpente nichil
volunt quod ea que sensualitas suggerit
que omnes homines appetuntur et ea
que carnis sunt sapiunt de quibus
dicit apostolus phil 3 multi enim am-
bulant de quibus dicebam vobis
nunc autem et flens dico inimicos
crucis christi quorum finis interitus
est quorum deus venter est Isti mo-
ralis colunt serpentem hoc est ven-
trem Et hic deus iste diligens
ministerium et honore assiduum
sicut nec deo suo consuevit hic
enim templum in coquina / altare
affurnite(?) / sacerdotes in popinolectice(?) /
sacrificia superfluitates / oblationes
ingluvies(?) / et incensum voluptates /
sacerdotes labores / cantores
hystriones / et lectores medicos /
Primo quod templum istius dei ne-
phandi est coquina pessimum et thaberna
in qua multi homines ventris inveniuntur
assidui / a mane usque ad meri-
diem in comessationibus potationibus
et in prandiis occupati / De quo

10

Venter quod est deus gulosorum habet [illegible]

templo visitat illud 2° mach. 6 de
plu luxuria et comessacionibus erat
plenum et scortantium cum meretrici-
|bus polluebant a mane usque ad me-
dia nocte isti deo seruiunt in templo
suo |ymmo potius visitatur 1° apok.
vii° serviunt ei die ac nocte in tem-
plo eius |et quis fructus proveni-
et eis inde |certe directissime con-
trarium illi quod intendunt |nam per abun-
dantiam et ludum prolongare reputat
vitam suam |et tamen manibus propriis semet
ipsos occidunt |plures enim propter
crapulam gulam et ebrietatem pereunt
quam gladio fame vel peste |unde
semper primo quod medicus ponit in fir-
mo de stomacho est |sicut enim con-
tingit plus ex nimia repletione
quam ex inanitate infirmitates gignuntur.
Sed 3° cultores in templo ingluviei
quod est taberna frequentes inficiunt
deum deum suum colunt |In cuius figura
sennacherib dum adoraret in templo
deum suum a propriis filiis suis occisus
est |opera enim bone filii sui dicuntur
ysa 1° et 4 reg. 19°. In filiis suis agnoscitur

2° |2° deus habet altare afflictionis |quod
est mensa sua |de qua exponi potest
id ps. fiat mensa eorum coram ipsis
in laqueum |est enim de diabolo sicut
de aucupe ... cum videt magno
re copia tibi ... ibi laqueum
abscondit |ut dum avis avidius
comedit citius capiatur |vel per pedes
vel per collum |eodem modo inter fercula et
pocula que super mensam ponuntur
collocat diabolus laqueum gule |ut
excessivos et voraces facilius comprehen-
dat etc. quod sicut comprehenduntur

aves laqueo sic comprehenduntur homines
aliqui per caput quod forte iam non pos-
sunt loqui nec sensibus aliis uti
|aliqui per pedes quod hac ...
vacillant incessu |tamen ... de hoc
altari visitatur ps. imponent super
3° altare tuum vitulos. 3° habet iste deus
sabbatum superstitionis |sabbatum enim
quies requies |et certe cultores huius
dei in templo suo dum fuerint fati-
gati a vino necesse habent profunde dor-
mire in crastino et tarde venire
ad ecclesiam job. 9. ille est hic homo
a deo qui sabbatum non custodit.
4° |4° habet iste deus sacrificia superstitiosa
|que sunt diversa fercula sumptuose et
curiose parata |que magis nocumento
natura quam proficiunt |quia paucos nimis
natura contenta est quam superfluis ingur-
gitans quando superfluis effunderet aut vo-
mitu fiet aut nocumento sicut locus de
complexione |et seneca multos morbos
multa fercula fecerunt |de istis sacrificiis
dicitur ysa 1°. ne offeratis ultra sacri-
5° ficium frustra. 5° habet oblaciones
inhonestas |iste oblationes sunt socialitates
et symbolizaciones quas multi libenter
faciunt in taberna quam faciunt obla-
6° tiones in ecclesia deo immolantur. 6°
habet incensum voluptatis |hoc est species
confectiones et electuaria odorifera
et palato inflammaria |ut potus
delectabilior et imperceptibilior magis dicitur
de hoc incenso sicut ysa primo
a incensum abhominatio est mihi. 7° habet
sacerdotes lascivos |hii sunt venta-
tores piscatores coci et ceteri sub-
ministros quorum est sollicitudo est

pare sacrificia deo volent. In p° moy
ses et aaron in sacerdotib; ei; moy
ses interptat^r assumptus de aq's et
signat piscatores . aaron q̄ vitu
los et amictes iugulant maccella
rii signat . Octavo lr̄ tatores luxu
rioses . qui cātilenas lascivias voci
bus effeminatis et gestu histrionico
cū musicis instrumentis decantant
ysa. v. ve qui consurgitis mane ad
ebrietatem sectandum et potandum
usq; ad vesperam et vino estuat
cythara et lyra et tympanum et
tybia et vinum in conviviis vris et
opus dm̄ nō respicit . Nono lr̄
iste de̊q lodares suos . i . histriones
joculatores et adulatores et medi-
ces tantes simulatores q° illo solo
heredatur . pbi birchi 2° chartis .
omnibus legentibus .

Non enī impossibilis erat man⁹
tua que creavit orbē terrarū
ex materia invisa . immittere illis multitudinem
ursorum aut audaces leones aut no-
vi generis ira plenas et ignotas bes-
tias aut vaporem igneum spirantes
aut odorem fumi proferentes aut hor-
rendas ab oculis scintillas emitte-
tes . quarum nō solū lesura poterat
eos exterminare s; aspectus p timorem
occidere . Postq̄ ostensum ē q̄ diūa
iusticia punit peccatores proporciona
biliter s°m exigenciā peccatorū qr p que
peccat quis p hec et torquetur . In
hac pte declarat q̄ diuina potestas
nō est ad certum modum puniendi limi
tata . vn̄ dicit ali° posset tamen egyp
tios et chananeos punivisse si ei
placuisset . et circa hoc tu sunt vn̄

p°mo declarat magnitudo diuine pote
2° exigencia sue iusticie 3° subiungi
tur q̄me nō vindicat . 2° ibi Ex ca
rum inexsusa 3° ibi multa eni bella
Circa p°m duo declarant^r . nā p°
ostendit q̄ deus poterat istos
ydolatras egypcios aliter puni-
visse mediante alia creatura . 2°
q̄ potuit eos punivisse immedia
te p semetipsum sine ministerio alterius
creature . 2° pars ibi . Et sine his
Circa p°m pbatur q̄ deus potuit
peccatores p ministerium duplicis creature
in quo punire et occide . qr vel p crea
turas iam creatas vel p nouas
ab aliquo . de novo fiendas
iniussas creaturas . hoc pbat^r sic . qr
potencia dei ē omnipotens et p consequens
sicut quidquid possibile ē fieri ergo deus potuit
et sic peccatores affligere vel creado
noua genera bestiarum crudelium quarum
sub sentire inusitata occideret pec
catores . vel immittendo eis bestias
horrendas iā creatas q̄ ad peccatorum
destruccionem sufficerent multe mors .
q̄ aut ad utraq; sufficiat dei
po° pbat^r dicens . tu qr aliter non
erat oportuno . tu qr fecit q̄ plus
est . creado orbem terrarum ex nichi
lo . Et hoc est sua lr̄e . dicit enī
sic . nō enī impossibile erat omnipotens
manus tua . impossibilis . i . impotens
que creavit orbem terrarum ex materia
invisa . ex materia sz informi s°m ymagi-
nacionem aliquorum tam philosophorum quam
sanctorum . ymo antea nichil creavit
ex nichilo . nō erat ergo impotens
illa manus immittere illis multitudinem
ursorum . qui crudeles sunt valde

[margin: unicolas ; ab aliquo ; de novo fiendas]

x. Ep. 2. ezech. sic vrsi de saltu et la
cerauit ex prauos aut audaces leo
nes 2. R. 13. Irruit ille et due leo
nes ipsi interficiebat eos. a nomi
gine plebaria et ig. b. q. vastans
a vastando et incepts solet timore
incute homini vel continentis et cru
delitas qua bestia ista crudelis
apparet et ignota que quidem bestie
forent aut vapore spirantes i.
ex sufflantes ad replos inflantes
sicut de behemoth dr Job. 41. Ster
nutacio eius splendor ignis aut
odorem fumi proferentes incendio
s. et fetido quo possent homines suffo
cari aut horrendas ab oculis scin
tillas emittentes que solo visu eos
~~comburet vel~~ intoxicaret sicut
basiliscus. que bestiarum non solum
lesura poterit eos extimare i.
ex timore vite pone q c ~~despue~~
desperatione et et affectus per timorem
occide. peruenit aut timor non solum
ex visu alicuius terribilis ymo et ex
imaginacione sola sicut fortis ymagi
nacio casus facit eque hominem cade
Ex istarum bestiarum septemplici descrip
tione notantur septem capitalium peccatorum
que quasi septem crudeles spiritus nos
inuadunt. per vrsum intelligitur gula qm
qr vrsus est al. vorax et in melle
specialiter delectatur. qm qr fetum producit
informem et turpe qr tenent naturales
qr vrsa massam carnis parit sine
lineamentis et partibus organicis ordi
nate distinctis sic gulosi et vorati
dediti in delectabilibus et dulcibus specialiter
delectantur et quasi opus faciunt car
neum et ad carnis quomodo ordinatur

bestys vij designatur vij
vicia capitalia

vrsus

leo

vel incestus a libris priuatur ipsi carna
lia q. quos apostolus Ro. 13 carnis
curam ne feceritis in desideriis. per leo
nem intelligitur superbia qr ceteris ani
malibus dominari videtur. unde in opere de
de opere sexte diei. leo non sic fero
cissimus superbus aliarum ferarum quasi
rex consorcia dedignatur vel nec
ei nulla fera sociatur sed ad hoc
tantus sit terror non habet ut eo in
gruente ceteri formidet. hoc est regula
omnis superbi qr alii sibi videntur
occide et ipse dedignatur se aliis
sociare. [illegible] qd superbia significatur
dicitur Eccl. 4. Noli esse quasi leo in do
mo tua subuertens domesticos
tuos. 3° per bestiam ira plena
notatur iracundia et hec figuratur
per quoddam animal qd apud nos vocat
ur [illegible] et dicitur c. 2. q est al
quedam magnitudine qm vim q
consuetudine omnium aliorum anima
lium fel in aure sua. homines felles
in colore et est amarum valde campa
tium vehementer ne fedaretur qr
iracundi homines videntur habere fel in
aure qr cum iracundus homo se componat
ad communem dum cum eis pacifice et
honeste et modeste loquitur et
[illegible] videtur eis esse aliqua
iniuria vnde n[illegible] placet eis
dum portant enim in aure fel qr
quid quod audiunt in amaritudinem
conuertunt et fel illud est felli huius
simile qr omne illud quod displicet vo
luntatibus licet male cosinuare et repro
bare intuitur [illegible] dici pt i.

act. viij. In felle enim amaritudinis
oblivione mixtatur ideo de eo. Et
de ill' verificatur illud deut. 32. fel
draconum vi. eo. et vene. enim fel q.
d. totum est amarum quidquid ab eis procedit
sit vita eorum vero sed vivunt sorito p
bestiam ignotam designatur accidia
homo enim pigritie datus non potest cogitare
de spiritualibus modo vult unum modo aliud
prov. 13. vult et non vult piger. Et
prov. 2. desideria occidunt pigrum
et ista bestia figuratur per asinum. Un
boec. 4°. de consol. prosa 3. loquens de acci
dioso dicit segnis ac stupidus torquet
asinum vivit / et stat hic asinum adhibuit
(et consequenter) asinum vivit. id est vivit in
asinus vel ad modum asini et est proprietas
asini quod in anteriori parte versus scapulas
pulos portat crucem / et in parte illa
est debilis et nichil portare potest et
versus partem posteriorem satis est fortis.
Vel ibi gravior ponitur omnis sarcina.
Isto modo inveniuntur multi accidiosi
nimis et asinini ad ea que sunt crucis
et penitentie religionis et ad opera
carnis et lascivie seculares satis sunt
fortes et de talibus verificatur illud
quod de dracone scribitur Job xl. fortitudo
eius in lumbis eius et virtus illius
in umbilicis ventris eius et de tali
pigro datur regula. Eccl. 33. Cibaria
et virga et onus asino. panis et dis
ciplina et opus servo. Sorito per bes
tiam spirantem vaporem igneum no
tantur duo dracones qui in duobus
motibus armenie latitantes viam re
giam inmediatam tanta pestilen
tia infecerunt quod nullus per eam transire
potuit quin subito moreretur sicut

narrat aristoteles libro suo de proprietatibus ele
mentorum quod parietes erecta sibi al
tissima fabrica in loco multum distan
te a montibus per speculum factum de cali
be deprehendit in quo speculo intue
bantur illos duos dracones unum
ex uno monte et alium ex alio emit
tere quo aer infectus homines in
montes per viam regiam transeuntes occi
dit accidit istud tempore philippi patris
allexandri magni sicut ibidem
narratur. Isti duo dracones in mon
tibus habitantes et vapore igneum spi
rantes duos status designant in ecclesia
dei scilicet duos prelatos et prelatos ec
clesiasticos. Isti hinc et inde fumum
fetentem de publica voluntate et car
nis lascivia sic diffundunt quod
simplices in via inferiori ambulantes
per fetorem exempli eorum corrumpuntur
laici adulteria publica sine confessione
committunt / clerici concubinas sustentant
notorie et per istum vaporem consuetu
dinis inde spiritus totus inficitur et
allicitur ad peccatum. Joel. 2°. dabo prodi
gia in celo et in terra sanguinem et
ignem et vaporem fumi. dabo inquit
i. permittam dari prodigia. i. opera
monstruosa patrari in celo. i. in statu
clericali. sanguinem homicidij ignem
concupiscentie et vaporem luxurie et ista
in ecclesia consuetudinaria fuisset prodigia
sed modo non apparent nobis monstra
propter consuetudinem. quia ita frequenter talia
videmus perpetrari. et nec miramur
videndo prelatum lascivum coniuga
tum adulterum sicut nec balam o
paruit ad vocem asine quamvis mon
struosum esset quod in corporibus artem

magica ad videndum monstra fiat
assuetus sicut dicit magister in historiis
super 22 capitulum numeri. Sexto in
odore fumi qui est naturaliter lividus
designatur invidia. Fumus enim invidi
occultas detractiones dampnaciones
et diffamaciones quas quandoque lividum
fumum emittere ut claritatem fa-
me bonorum denigret. Tercio sicut
vulpibus que naturaliter fetent et sunt
bestie inhoneste et per oppositum sicut
dicunt naturales taxus est bestia ho-
nesta. Cum igitur taxus parat sibi
cavernam cum labore, considerans vulpes
in absencia taxi caverne honestatem
et volens taxum repellere fetidum
fumum suum coram ingressu caverne
derelinquit. Rediens taxus et feto-
rem fumi vulpini senciens ac ab-
horrens domum suam contempnit et
vulpi dimittit. Et sic vulpes est
consecuta hospicium et non laboriose
set per communem cautelam. Isto modo
nonnumquam faciunt invidi de viris bonis:
considerant eos habere status vel of-
ficia dignitatum sive etc. que invita sua
requirunt invidentes eis statui et
quomodo eos possint talibus officiis
spoliare excogitant et non inveniunt
nisi unam viam. Sciunt enim virtuosos
teneros esse de fama sua et malle
per conservacione fame magnum statum
dimittere quam cum infamia et aliorum
obsequiis occupare. Emittunt
ergo fetidum fumum sive detractionis
et susurracionis contra eos. Et sic quos
non valuerunt virtute repellere
et iniuriosa invidia cedere sibi
cogunt. De isto fumo invidie

quo viri nobilissimi per invidos obfus-
cantur exponitur illud Apocalypsis 9
ascendit fumus putei sicut fumus
fornacis magne et obscuratus
est sol et aer de fumo putei. Sep-
timo per bestiam ab oculis scintil-
las emittentem designatur concupiscencia
oculorum. Ignis enim crescit in infi-
nitum apposicione combustibilium sicut
dicitur ii de anima et proverbiorum 33. Ignis num-
quam dicit sufficit et cetera. Propterea politicorum
dicitur quod concupiscencia crescit in infinitum.
Cupidi scintillas ab oculis emit-
tunt et quociens ~~quando viderint~~ vident
concupiscibilia sensibiliter habeant concupiscitur.
Scintille ignee sicut asserunt co-
cupiscencie et desideria plura pergunt
Hec concupiscencia figuratur per cattum qui
habet oculos igneos et scintillantes
unde super Papias. Cattus grece unde est quod
videt latine et inde dicitur cattus
quia videt in nocte sicut de die.
Non ita prudentes venantur predam
sunt in tenebris sicut in luce. Isto
modo mundialiter prudentes huius seculi
venantur de luce venantur in celebri
in curia clericali et in curia layca-
li a dextris et a sinistris iuste et
iniuste. De talibus quoque verificatur
illud Job 28: Omne preciosum vidit
oculus eius etc. Primo non saciatur
oculus visu nec auris impletur
auditu. Et Ecclesiastes 4: laborare non
cessat et non saciantur oculi eius
diviciis. Et per oppositum dicit psalmista non
proponebam ante oculos meos rem
iniustam. Hec septem vicia capita-
lia per septem vicia draconis signata

apoc 12 Ecce draco magnus est
habens septem capita septem et cornua
decem que septem per septem dona spiritus
sancti expugnare debemus.
Nam et sine hiis uno spiritu po-
terant occidi persecutionem passi
ab ipsis factis suis et dispersi per spiritum
virtutis tue sed omnia in mensura et numero
et pondere disposuisti. Multum enim
valere tibi soli superat semper et virtu-
ti brachii tui quis resistet. Quo-
niam tamquam momentum stature sic est ante
te orbis terrarum et tamquam gutta roris
antelucani que descendit in terram.
Postquam declaratum est quod deus potuisset
aliter punivisse egiptios quam per potentie
usum fuisse in eorum supplicium multiplici
enim missio invisibilis creature impoten-
tes(?) bestiis seviens tamen creatis quam creabilibus
quia eos extimasset omnes. In hac parte
declarat quod etiam sine creaturis mistio
creaturarum potuisset eos punivisse
se per se et immediate sua voluntate. Unde
ab hoc loco usque ad finem capituli
declaratur quomodo deus regit omnia
et specialiter naturam humanam misticedo(?) scilicet
sua cum sua nunc et hoc facit alter-
natim sicut littera statim docet. Continuatur
ad priorem dicit sic nam et sine hiis scilicet
quibus placuit tibi egiptios per infi-
mas bestias affligere sicut per cinife(?)
s et muscas et ranas potuisti per
ursos leones et bestias invisibiles
occidisse si tibi placuisset et non solum
hec nam et per et sine hiis talibus bestiis
creabilibus ut creatis uno spiritu id est
una visione tue voluntatis pote-
rant occidi persecutionem id est divinam

vindictam passi ab ipsis factis suis et
inicio factorum suorum et dispersi inrepollut-
i cetera per spiritum id est visione virtu-
tis tue. Ex quibus patet quod deus posset de
tua infinita potentia sed clementia
regulatus non exequeris ulterius
de potentia per clementiam limitatus
sed omnia in mensura et numero et pondere
disponis. Hoc autem exponit
augustinus super genesim c° et c° quia creatura deus
omnia in mensura et numero et
pondere disposita tamquam dicit certum
ita disposita ut habeant proprie
mensuras suas et proprios numeros et
proprium pondus que in eis proposito
contingunt mutabilitate mutantur
augmentum et diminutionem scilicet multitudine
et paucitate bonitate et equitate
secundum dispositionem dei secundum istam expositionem
est in illa propositione distributio ad
convenientiam(?) tamen pro generabilibus et cor-
ruptibilibus que sola augentur
et diminuuntur et equitate et leni-
tate. Generalius potest exponi ymagi-
naginem quod a deo cuncta procedunt
dicit sicut numerus ab unitate et quod
unumquodque quod processit unius(?) centro(?) secundum
teneat secundum distantiam a primaria
rerum. Et potest dici loquimur de prima unio
methaphorice ubi dicit quod forme rerum
se habent sicut numeri et per inclusionem
quod omnis res est in numero id est in distantia
certa adeo(?) modo quolibet numero certa
habet distantiam ad unitatem. Item
omnis res est in mensura quia res
creata est finite et limitate perfectio-
nis tamen in esse quam in posse agendi.
Et 3° omnis res certa habet suum pondus

hoc est naturalem appetitum ad id in quo
sua natura salvatur et perficitur sicut creatura
tura rationalis naturaliter appetit beatitu
dinem res corporales locum sibi convenien
tem sed magis ad propositum et proposito sicut ex
ponit. Tu domine poteras quidem
per potentiam peccatores et ydolatras mul
tipliciter affligere ymo adnichilasse
sicut eos de nichilo produxisti
et verum est quod quos peccato posses
maxima pena infligere quia nulla
pena potest comparari peccato contemptus
qui sit magna tamen tu domine omnia
peccata mea in mensura et numero et contritione
et numero tue sancte districcionis ac ponde
re iudicii disposuisti ac si peccata
tanta mea maiore pena sibi
non determinaret. Vel aut quare
sic posse tu clementia temperas
est magnitudo potencie et pietatis
tua eo quo potes omnia et es summe
bonus bonitate tua omnia ponit
sicut decet te ea poni. Et hoc
est quod subditur multum enim valere
i. posse tibi soli superabundans
habundans erat quia infinite su
eciam ante mundum erat. Et quid
mirum potencia activa quam nulla
resistencia impedit operatur sine
difficultate sed talis est potencia
dei ergo sine difficultate facere potest
quicquid vult et hoc est quod subdit et
virtuti brachii tui quis resistet
quasi diceret nullus quia nichil potest tibi
resistere. Et hoc pulcherime probat hoc quia
de quolibet nichil natum sua sponte
deo contrarie conatur. Unde ibi et potest
recolligi quod sicut omnia appetunt
bonum per naturam ergo nichil contrariatur
bono per naturam. Deus est summum bonum
ergo deo nichil sponte naturam contrariatur.
Quod autem nichil deo possit resistere
probat comparando creaturam ad deum in
quibus modica resistencia reperitur
primum est momentum statere i. lingua sta
tere quam appendicula sit equalia et in eis
equalia pondera apposita ex utraque parte
stat contra perpendiculariter et quantumcumque
modicum quantitatis apponatur statim
recedit a situ suo et fiat victo
sine aliqua resistencia. Isto modo omnis
creatura est in manu dei quia si deus
voluit eam adnichilare nulla re
sistencia potest esse. Et hoc est quod dicit
quasi tamquam momentum statere sic est
ante te orbis terrarum. Secundum est ad quod
comparatur instabilitas humana est
gutta roris antelucani. Ros antelucanus
est ros generatus in matutino ante
ortum solis et dicitur antelucanus i.
ante ortum lucis diurne. Et declinatur
antelucanus, na, num. Ros
autem talis oriente sole statim de
siccatur et a terra absorbetur.
Et hoc est quod subditur tamquam gut
ta roris antelucani que descendit in
terram. Hoc est summa hic quod deus
omnia disposuit in mensura numero
et pondere. Videamus est et nobis
necesse quod omnia nostra in mensura et
numero et pondere disponamus quia
nisi hoc fecerimus vitam nostram non
poterimus ordinare. Unde super hoc
figura legimus. Esdre quarto
capitulo quod angelus ad esdram
missus dixit sibi sic tres vias

omnia ... dispone in mensura numero et pondere ...

mensuram tibi dicere et tres similitudines
ostendere coram te. Vade pondera michi
pondus ignis aut mensura michi
flatum venti aut revoca diem qui
preteriit. q. d. pro dicta pena infernalis
arbitratur mensura statum temporalis
vanitatis et revoca hoc est minima rea
tum glorie permanentis. Igitur modo vitatis leonis
mensuremus inveniamus ponderemus mensu
remus mundane glorie levitatem mensu
remus presentis temporis brevitatem mensu
remus future vite iocunditatem
et cum mensuraverimus inveniemus computare
primus divina munera inveniemus quot
commisimus horrenda crimina inveniemus
quot omisimus concessa tempora et cum
sic invenerimus ponderemus futurum
debitum ponderemus quam magna sint
ponderemus ~~quod mensuramus~~ et
sic omnia nostra in mensura numero et pon
dere disponamus. Si mensuraverimus
mundane glorie levitatem videbimus
quod ipsa est parum appreciandas. Unde
Augustinus super psalmum 169. Inanis est
gloria huius seculi fallax et fraudulenta
infructuosus labor et perpetuus timor
et periculosa sublimitas initium sine
providentia finis sine pena. Hanc vani
tatem mensuraverat ille rex de quo
Valerius libro 7 capitulo 2. Rex inquit
ille subtilis iudicii quem ferunt
traditum sibi dyadema prius quam capiti
imponeret retentum diu considerasse
et dixisse o nobilem magis quam fe
licem pannum quem si quis penitus
agnosceret quam multis sollicitudinibus
et periculis et miseriis sit refertus
nec humi iacentem tollere

vellet. Igitur si secundum hunc laborem mensu
raret gloria temporalis parva foret
ut modo dicit Bernardus [illegible] 1. 2.
cap. 10. Nos autem in immensum gloria
bimur sed secundum mensuram regule qua
mensus est nobis deus. Ista regula
est scientia bene ordinata. 2 Cor. 1.
Gloria nostra hec est testimonium conscientie
nostre. 2o si mensuremus presentis temporis
brevitatem videbit modica vel
nulla in prosperitate. Ecce mensurabiles posuisti
dies meos et substancia mea tamquam nichil ante
te. Ista brevitate bene considerata ait
poeta etc. Item quam Alexandro sua
dente [illegible] nec [illegible] fieri nolunt
In istis tamen temporibus ~~temporis~~ brevitate tam
magna negotia nos oportet
finaliter videlicet obedientiam preceptorum
observanciam [illegible] et benivolen
ciam proximorum. In cuius figura
Apoc. 21 quod angelus qui muros
civitatis Jerusalem mensuravit habebat
mensuram arundineam et mensus
est muros eius 144 cubitorum
Anima nostra moraliter est civitas
dei summi in qua per gratiam inhabitare
dignatur cuius corpus corrup
tibile istos muros mensurare
debet repletam cotidie vite
brevitate et mortis vicinitatem
Sic tamen mensuret quod habeat 144
cubitos. In centenario obediencia
preceptorum decalogi [illegible]
[illegible] Nos ergo quam quinque sensus
exteriores et quinque interiores re
ducimus in 10 precepta decalogi
10 multiplicatus per 10 facit 100.

obs preceptorum peniteremus et sic in 100
annis edificamus archam qua salvamur
a diluvio huius vite Gen vi Et
de hoc numero corporis Christi 100 quia
non solum corpus nostrum hoc preceptorum sed
et pravam peccatorum quia in multis offendimus
omnes Et si dixerimus quia peccatum non
habemus nos met ipsos seducimus hec
autem penitencia in numero quadragenario
designatur Iste enim numerus est penitencie con-
secratus ab ecclesia unde in quadragesi-
ma per penitenciam ieiuniis et operibus
penitencie indulget Et numerus quadragena-
rius est numerus penitencie consecratus Si
enim omnes partes aliquotas ipsius quadra-
genarii acceperimus faciet 50 . partes
unde 40 est numerus superhabundans ut patet
1 . 2 . 4 . 5 . 8 . 10 20 . non habet plures
partes aliquotas et iste complent 50 .
50 vero est numerus gracie et remissionis
sicut patet quia computabatur annus iubileus
in lege iudeorum Insignum ergo quod
per factum penitencie perfectam consequimur
remissionem peccatorum quadragenarius
numerus partes aliquote faciunt 50 qui
est numerus remissionis penitencie perfectum
Sic ergo mensurabimus murum ierusalem
quod habebat 144 cubitos et iste totalis
numerus compositus est numerus humane sa-
lutis deputatus In cuius figuram
Iohannes vidit 144 virgines agnum
sequentes Apoc. 14 3o si mensuremus
future vite iocunditatem recolli-
gendo quot vitandis gaudia veri
penitentes per monetaciones [illegible] in
patria non memoriis mensura pro
mensura quia premiabimur ultra condignum

sic memores beneficiorum que sibi Luce
6 mensuram bonam et confertam et coagitatam
et supereffluentem dabunt in sinum vestrum
Igitur sic nos disposuerimus in me-
nsura restat disponere nos in numero
numeremus ergo primo quot recepimus
divina munera et ea inveniemus
infinita que numerari non possunt primo
nos creavit ad suam similitudinem
et pro nobis celum et terram et omnia
mirabilia que in celi ambitu conti-
nentur Gen. 15 Suspice celum et
numera stellas si potes et Iob 9
qui facis magna et inscrutabilia
et mirabilia quorum non est numerus 2o
numeremus quot commisimus peccata
contra divina et ea inveniemus infinita
sicut patet de lictis quomodo intelligit Iob
22 Propter maliciam tuam plurimam et
infinitas iniquitates tuas Et Eccl.
1 Stultorum infinitus est numerus 3o
numeremus quot amisimus concessa
tempora et inveniemus infinita Eccl.
vii . Numerum dierum et tempus dedit
illi Et Iob 24 . Dedit ei deus
locum penitencie et ipse abutitur eo in super-
biam Cum sic nos disposuerimus
in mensura et numero ponamus nos
in pondere et primo ponderemus que
debemus propter beneficium incar-
nacionis quo quando natura nostra cum natura
divina commutatur ... hoc est
in pondus super se tollit quam ho-
nestiori se commutat 2o ponderemus
quod ingrati sumus et ingratitudinis
nostre pondera deponamus iuxta
consilium apostoli Hebr. 12 deponentes

omne pondus et existans nobis parum pro parvam creaturam ad comparationem nostram creaverit. 3o ponderemus quidquid merentur quia totum sive bonum sive malum in iudicium adducet. ysa. 26. ponam iudicium in pondere et iustitiam in mensura et sic disponamus omnia et pondere etc.

Sed et misereris omnium quia omnia potes et dissimulas peccata hominum propter penitentiam. Diligis enim omnia que sunt et nichil odisti eorum que fecisti. Nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Postquam ostensum est quod deus gubernat universam creaturam pro potentia cui nulla potest resistere, hic ostendit quod eam administrat per benivolentiam cui nulla creatura potest satisfacere. Et circa hoc duo facit. Nam primo ostendit quod deus omnem creaturam per benivolentiam et amorem libere constituit et creavit a principio. 2o quod omnem creaturam libere conservat et continuat in esse suo per sue voluntatis arbitrium. 2a pars ibi Quomodo autem aliquid permanere posset etc. Circa primum tamen facit. Primo ostendit quod misericordia dei est generalis ad omnem creaturam universaliter. 2o quod est inestimabilis circa homines specialiter. Et 3o probat deum diligere quidquid produxit. 2a pars ibi Et dissimulans peccata. 3a ibi Diligis enim omnia. Dicit enim primo Sed et misereris omnium quia omnia potes, quasi dicat licet totus orbis terrarum sit sicut momentum statere ante te vel

sicut gutta roris antelucani, non tamen ideo despicias vel comprehendis creaturam tuam, sed foves, protegis et conservas. Et ideo misereris omnium universaliter in quantum miserationes eius super omnia opera eius, quia et quare sic misereris, ideo quia omnia potes, non ex impotentia, quia non posses creaturam delere. Et ideo quia omnia potes. Mt. 10. Apud deum omnia possibilia sunt. Ecclesiastici 2o. Secundum magnitudinem illius sic et misericordia ipsius cum ipso est, et hoc est quod dicitur infra 12 ca. Ab hoc quod dominus omnium es omnibus te parcere facis. Et ideo reges domini et prelati sint dei specialiter imitatores, qui quanto sunt potentiores tanto clementiores. Sic Alexander magnus demetrios plures plus clementia quam potentia sibi constrinxit. 3 Reg. 20. Reges israel clementes sunt. Et omnis dominus in/paratores tue sunt super omnia opera tua. Tu magis es admiranda quam homines peccatores quorum peccata dissimulas vindicare. Unde subdit Dissimulans peccata hominum propter penitentiam, id est expectans sub dissimulatione non secundum bonum affectionis peccata hominum propter penitentiam, id est ut ipse peniteat, nam ut dicit sic eos clementer expectas. Ro. 2. Ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducit. Glosa dicit quia potentia dei bonitate plena opus suum propter peccata non despicit, sed per penitentiam abluit et per se fovet et nutrit. Ezechielis 18. Si impius

vel dissimulans capiendo ut peccatores ... tempus penitendi

8 / quinta [illegible] /

egit penitentiam ab omnibus peccatis suis que fecit vita vivet et non morietur omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. 3° probat deum diligere quicquid produxit et creavit hoc probat sic nullus facit vel producit et libere illud quod detestatur et odit quia si quod odit vellet id non esse et per quod non daret libere sibi esse sed deus libere produxit et constituit omnia ergo omnia diligit que creavit et constituit et hoc est quod dicitur Sap. Diligis enim omnia que sunt supra c° p°. Creavit ut essent omnia et nichil odisti que fecisti in quantum tu. Sed est opus tuum quia Eccl. 12. Altissimus odio habet peccatores hoc est ad modum odientis se habet quia prohibet peccata fieri et pro peccatis punit peccantes nec peccatum ipse facit nisi peccatum sit sicut enim actus qui est peccatum et a deo et ab homine a deo non iuste et ideo non habet quod sit peccatum quia est a deo ab homine non sit iuste et ideo ex hoc habet quod sit peccatum et sine deo factum est peccatum. Secundum Augustinum quod licet hoc quod sit peccatum sit a deo non tamen habet a deo quod sit peccatum. Nichil ergo odisti eorum que fecisti et quare etc. quia nichil posses odiendo constituere vel facere nam si quid odires nichil non esse quod autem constituis me esse et ideo dicit nec enim odiens aliquid constituisti tantum de nichilo aut fecisti ex preiacenti materia produxisti. Dissimulans peccata hominum propter penitentiam. Circa penitentiam est notandum quod quatuor sunt penitentie incitamenta quatuor penitentie impedimenta quatuor penitentie emolumenta et quatuor penitentie emolumenta incitamenta sunt ista amor Christi quem offendimus dolor pro gratia quam amisimus horror pene quam meruimus et timor mortis ad quam decurrimus. Inter hec quatuor primum incitamentum ad penitendum est amor Christi quem offendimus si Christi beneficia cogitemus ut magnitudinem ponderemus non est dubium quin si Christi commorationes haberemus occasionem penitentie sentiremus. Scribitur in libro de [illegible] quod aspis animal est [illegible] faciem quasi hominis sed est animal multum crudelis et ferox intantum quod in medio fame stimulante hominem invadit et occidit sitiens ad aquam volat ut bibat ubi faciem suam intuens et sibi similem se occidisse recolens tanto dolore compatitur quod exinde quasi moritur. Quando igitur nos homines beneficia faciemus quod deum nostrum et fratrem nostrum Christum contra nostra merita nos occidisse cognoscimus hoc autem videmus expresse cum verba dei audimus vel scripta legimus sepius devote et quando non penitet de peccatis ista recogitans non est particeps [illegible] nec curam dei accedit. Et ideo signanter dicitur Mat. p° 10 Credite et penitemini et cetera. Secundum incitamentum dolor est pro gratia quam amisimus efficimur enim per culpam de filiis dei filii dyaboli de familiaribus et amicis hostes proditores et emuli de regni celestis heredibus servi

14

penitentie incitamenta sunt quatuor penitentie impedimenta sunt quatuor et quatuor emolumenta sunt sic utrumque sunt quatuor et quatuor documenta [illegible] [illegible] inde [illegible] [illegible]

pondus et prescripti / In libro de naturis
rerum dicitur quod est quedam avis que vocatur
avis paradisi / que propter insigne pul-
critudinem sic vocatur / Sunt ei adeo
pulchre et mirabiles quod nullus eius
color deesse credatur / vox est ita
dulcis et pia quod possit in ~~fervorem~~
cum devocionem et gaudium excitari-
re / hec avis si capta fuerit et il-
laqueata irremediabiliter plangit
et gemit nec unquam plangere desi-
nit donec reddita fuerit libertati /
Moraliter avis ista est signum
et [illegible] anime / hec quando est in gratia dei
avis est pulcherrima / quia in ea re-
lucet ymago trinitatis / naturaliter
sibi impressa / naturaliter decorata virtutibus
et gratia ut nichil sibi desit / quando sit
dei filia et patrie celestis incola
gloriosa / Ista illaqueatur et capitur
in laqueo demonis quando peccat
mortaliter / quid ergo restat ei facere nisi
plangere et plorare / flere et dolere
et incessanter penitere donec per gratiam
reconsiliacionis in statum pristinum
reducatur / et de buffone dyaboli
fiat iterum avis paradisi / Sic planxit
et gemuit iste latro iuxta
christum suspensus / Donec a fonte
gratie [illegible] obtinuit et audivit
amen dico tibi hodie mecum eris
in paradiso luce 22 / et augustinus 3 de
penitentia [illegible] agite [illegible]
cum regnum celorum / Tercium incita-
mentum penitentie est horror pene
que [illegible] / Istum horrorem senciebat

sibi impetrat Job qui dixit dimit-
te me / ergo ut plangam paululum
dolorem meum antequam vadam et non
revertar ad terram tenebrosam
et opertam mortis caligine terram
miserie et tenebrarum ubi umbra
mortis et nullus ordo sed sempiternus
horror inhabitat / Et apostolus hebreos
10 horrendum est incidere in manus
dei viventis / et gregorius [illegible] mors / hor-
rendo modo fit miseris mors sine
morte / finis sine fine / defectus sine
defectu / quia et mors semper vivit et
finis semper incipit et deficere defectus
nescit / mors perimit et non ex-
tinguit / dolor cruciat sed pavorem
non fugat / flamma comburit sed te-
nebras non expellit. hec gregorius /
Istud ~~penitentie~~ incitamentum penitentie
multos movit / quia sicut a timore
pene est timor servilis et ini-
cialis / gignitur timor filialis / sicut
[illegible] filii [illegible] /
Et sic incepit Johannes baptista
predicare iudeis progenies viperarum
quis demonstravit vobis fugere a ventura
ira / facite ergo fructum dignum penitentie
Matthei 3 / Quartum incitamentum penitentie
est timor mortis / ad quam [illegible] /
hec enim est [illegible] sicut gregorius [illegible]
mortis [illegible] / nobis incertum esse voluit
ut dum semper ignoratur semper proximus
esse credatur / et ideo semper parati [illegible]
mani [illegible] mortis / Penitentia autem
post mortem est impotens / quia homo
in morte desinit esse viator. penitentia
[illegible] morte est valde difficilis

tu quia dolor languoris corporis oc-
cupat totas vires mentis / tu ho-
tum an vincit licet / non lic p tu-
sibi dolorem pro culpa producen-
tum quia homo tunc non potest certus
in doleat pro peccato suo ductus ti-
more an ductus amore / unde augustinus
in quodam sermone et ponitur in canone
de penitentia di. 1. quicumque moribus
urgetur et pena terretur ad ueniam
uix ueniet satisfactionis / maxime
cum filios quos illicite dilexit sibi
presentes / uxorem et mundum ad se uocet /
multos enim sola posterior penitentia
decipit / hec augustinus. Cum autem persona
nobilis communiter infirmatur uix inve-
nitur aliquis qui aut de anime sue salute
cudeat / sibi loqui / executores
sollicitantur circa diuicias et thezau-
ros / medici circa corporis medicinas /
uxor filii et amici consolantur infir-
mum / et contra conscientiam mentientes /
et sic miser non premunitur de peccatis
suis cogitare / nec fine vite sue
statum salubriter ordinare / et sic
iusto dei iudicio se dampnacioni
exponit / Item 2. Si ergo non
egerimus medelam in manibus dei
et non in manibus hominum humanis
hominum medelam sed satisfactionem
penitentie debito modo suscipimus Ex
in manibus dei medelam que post
mortem satisfactorie transimus. Secundo qua-
tuor sunt penitentie impedimenta / pu-
dor confitendi / timor recidiuandi
ardor delectandi / torpor psto-
landi / primo uiolentia efficitur
penitentie / obuiat sic pudor / quo

quis considerat alteri homini reue-
lare illud quod soli deo est notum
et angelis et demonibus et et sanctis
malis et forte multis malis
Et iste pudor est primus cuneus
quem dyabolus mittit contra voluntatem
salubrem penitentie / unde quidam
sanctus vidit dyabolum inter penitentes
incedere et faciente eos erubescere
in ecclesia dum se ad confessionem
pararent / qui adiuratus a sancto
et interrogatus quid inter illos
penitentes faceret / respondit Reddo
eis quod abstuli / uerecundiam eis abs-
tuli quando peccauerunt et modo eis
restituo ne possint confiteri / sicut
enim lupus ouem per guttur capit
/ non per pedes et uulpes galli-
nam / ita dyabolus guttur peccatoris con-
stringit pudore / unde augustinus super
ps. O homo qui times confiteri illud
quod per confessionem scio nisi scio
quod illud quod nescio / Item confiteri
erubescis peccata tua peccator / sed
tu homo sic humanum a me nichil
alienum confiteri hoc homini homo
peccator homini peccatori elige quod
nis sed non confessus latebis / inconfessus
dampnaberis / ad hoc deus exigit
confessionem ut liberet humilem
ad hoc dampnat non confitentem ut
puniret superbum. Secundum penitentie impe-
dimentum est / timor recidiuandi
et iste est secundus cuneus quem dyabolus
mittit contra bonam penitentie volun-
tatem / quando inquirit homines tu
quod de cetero a peccatis abstinere potis

cum impetum venie contraxerit / ad quod i[ter]
poterit tamen hodie confiteri / et post cras
habi in consimili / et non advertit hoc
fatuus est quod statuit sacrum pe-
nitentie admirari / ut confractus recidi-
vans / totiens recingamus. Et 3m
prime impedimentum est ardor delec-
tandi / et est ictus armigeri obviantis
penitenti recolligere miser hoc delecta-
tionem plenitam in peccato / et videtur sibi
quod sine ea non possit ducere vitam suam
et manere tali affectione impossibile
est unicum penitere tam Hostiensis libro
de compunctione cordis. Sicut impossibile
est ut ignis inflametur in aqua /
ita impossibile est compunctionem cordis
vigere in deliciis / contraria enim sibi
ipsi sunt ad invicem et repugnantia /
illa enim [illegible] fletus / et [illegible] risus
illa cor constringit / ista dissolvit
Et 4m et fortissimum impedimentum est
prime temporis prolongandi / quod oritur ex
[illegible] presumptione vel presumptione
vite prolixe / et finalis venie dimittens
[illegible]. Et iste quartus armiger
ut [illegible] impedit / omnes [illegible]
de futuro promittunt in posterum [illegible]
[illegible] et dicunt cras
cras cras cras / donec morte subita
perierunt

Ut aut ad permanere possit nisi
tu voluisses / aut quod a te voca-
tum non esset conservaretur. Parcis aut
omnibus quoniam tua sunt domine qui amas
animas / postquam ostensum est quod deus omnes
creaturas per sue voluntatis clementia
creando produxit a principio / In hac
parte declarat Salomon quod idem deus omnes

creaturas conservat quamdiu sibi placet
per sue voluntatis arbitrio. Et primo
generaliter ascribit deo omnium rerum conserva-
tionem / 2o deo specialiter attribuit humanarum
gubernationem. Et 3o ibi parcis aut
omnibus. Circa primum dicit sic / Quomodo aut
aliquid permanere posset nisi tu
voluisses. Non enim creatura ita parum
dependet a deo / sicut domus ab
artifice [illegible] domo non plus
dependet domus ab artifice ymo
corrupto artifice nichilominus manet
domus / quia artifex non est causa rei ad
[illegible] est [illegible] / sed tamen causa
ipsius rei sed Augustinus 22 de civitate
dei capitulo [illegible] ut ipsius dei virtus qua sub-
sistat ille facit qui summe est et
facit esse quicquid aliquo modo est / efficace
quippe potentiam si rebus subtraheret / non
progredi poterunt et suis dimisse
motibus perage tempora / verum quasi in eo
quod creata sunt aliquatenus permanebunt
[illegible] de vera religione capitulo 20 deus per
summam sapientiam omnia fecit et per summam
benignitatem conservat / Idem Boetius et Hugo
super genesim et 3o de civitate et in multis
aliis locis. Et hoc est quod subdit in
littera / aut quod a te vocatum non
esset conservaretur quasi diceret nullo modo.
Vocatum id est ab eo eductum de non esse
in esse dixit et facta sunt / et vo-
cat ea que non sunt tamquam ea que
sunt / Et 2m post generaliter omnia conservet
que produxit / specialiter tamen homines gu-
bernat per gubernaculum clementiam / unde
littera subdit. Parcis aut omnibus
quoniam tua sunt domine [illegible] a parcis

inquit omnibus super hominibus et peccato
ribus qui digni forent si placeret tibi
statim in infernum detrudi. Ecce par
cis tu quia omnes homines vis
salvos fieri et ad agnitionem veritatis
venire. 1 Thi. 2. Parcis autem quoniam
tua sunt domine. Sap. 11. Eti
am si peccaverimus tui sumus. Qui
animas creas. Homines enim communiter
amant corpora, sed tu singulariter a
mas animas a te creatas et tibi
assimilatas et tuo sanguine re
formatas. Ezech. xviii. Omnes
anime mee sunt. Amat et deus animas
non singulariter sic quod non amet
corpora sed privilegiate quia eas a se
in perpetuum deo fruendum preamavit. Con
trarium autem habere dyabolus ad hoc nititur
ut simul ipse corpora diligamus et
animas negligamus, ut illud quod a nobis
neglectum fuit in parte sua cedat.
Gen. xiiii. Da michi animas cetera
tolle tibi. Arguitur et in hoc
verbo: Parcis autem omnibus quia tua
sunt domine qui amas animas. Tam
mali domini quam prelati. Mali domini
non parcunt hominibus qui sui sunt
sed eos spoliant et opprimunt et destru
unt et si de hoc arguantur respon
dent quod licite faciunt quia sui
sunt. Isti domini potius imitari de
berent Christum cuius parcere quia sui sunt. Mali
et prelati arguuntur qui plus amant
decimas oblaciones [illegible] et la
nas quam animas pro sanguine redemp
tas, contra quos Bernardus in prologo
bonum prelati [illegible] sic curare [illegible]
accepi et quo imitator [illegible]

v. Vocat nos deus verbo signo et
nuncio suo

ipsa utique super sanguine suo
fudit. Sic loquebatur paulus 2o
Cor. 12. Ego autem libentissime
impendam et superimpendar ipse pro
animabus vestris licet plus vos dili
gens minus diligar. Illud quod a te vocatur
non est comparatur. Et hic est notandum
quod sunt divine vocationes, que sunt huma
ne excusationes, et quedam occupati
onum punitiones. Vocat verbo, signo
et nuncio. De divinis autem vocatio
nibus est sciendum quod tres sunt in genere
et tres sunt in specie. In genere quidem
loquendo sicut volens aliquem ad se
vocare vocatione sua potest solum
tribus modis per verbum per signum
per nuncium. Deus autem vocat nos
per verbum in filii sui incarnatione
quod verbum caro factum est. Joh. 1o. Cum
misit verbum suum eos ... magis
foret rusticitas si rex Francie
filium suum mitteret ad vocandum
aliquem pauperem si ille venire contemp
neret et maior sit iniuria si homo
vilis et pauper verbo dei quod est filius
patris invitante venire contempnit
quod tamen frequenter videmus et mirum
dicit Christus illud Job 19. Servum
meum vocavi et non respondit michi
ore proprio deprecabar illum. Os dei
est verbum dei. Unde illud Can. 1o.
Osculetur me osculo oris sui.
2o Christus vocavit nos signo.
Signum illud fuit corpus suum
extensum in cruce et exaltatum in
monte et rubricatum proprio sanguine
sicut volens reclamare falconem

stat in loco apparenti cum reclamatorio
rubricato ita xpistus nolens homines
reclamare qui a paradiso avolave-
rat in infernum in monte calvarie pro-
cessit lignum crucis ascendit letus
sanguinolentus edidit vocem magnam
clamavit ut sic de ipso sancto signo
hominem revocaret et tamen isti vilis-
simi ingratissimi homines ad eum venire con-
tempnunt sicut ipse conqueritur proverbiorum
1o vocavi et renuistis extendi ma-
nus meas et non fuit qui aspiceret
· 3o vocavit nos per nuncium id est per pre-
dicatorum officium cum tubis sive con-
ditionis sive prelati ordinarii
sive alii a sede ad predicandum
deputati de isto nuncio dicitur
luce xiv homo quidam fecit cenam
magnam et vocavit multos et
misit servum suum hora cene dicere
invitatis ut venirent cene locum
exponens gregorius dicit servum illum
incirculis predicatorum designat cum
inde ille suo illius ordo sit in
terra vocatur · 2o sicut homines
temporis vocant ita tempore se excu-
sant exemplum se excusat propter subli-
mitatem dominationis amor propter diffi-
cultatem terrene acquisitionis luxuriosi
propter voluptates carnales delectationis
et isti tres signantur per illos tres
quos enumerat evangelista luce xiv
Primus dixit villam emi
et necesse habeo exire et videre illam
rogo te habe me excusatum
Secundus dixit iuga boum emi
et ideo probare illa rogo te habe
me excusatum sic tres cepi

me excusatum · tertius dixit uxorem
duxi et ideo non possum venire
Primus designat superbos qui pro
ambitionibus terrenis dominii gloriam amit-
tunt celestis regni iste in sua excu-
satione verum se fuisse fatetur
quam se dicit villam emisse prius quam
vidisse spiritualiter enim quibus fallitur
qui illud emit quod ab eo absconditur
et etiam si homo videret et consideraret
quid est in dignitate dominii secularis
illud non emeret primus contra vi-
debet enim ipsius veritate quia ecclesiastici 10
omnes potentatus brevis vita vide-
runt precipiti contritione quia altos
status alta tanto casu graviore
cecidit petrus sed non in infimo
et statim surrexit cecidit da-
vid sed de plano quia se multum
non extulit propter illud ps domine
non est exaltatum cor meum et
ideo cito surrexit cecidit adam
sed de alto quia de paradiso et ideo cum
difficultate surrexit cecidit
lucifer sed de celo altissimo ideo nunquam
surgere potuit · 2us se excusans
signat avaros qui iuga boum
que sic dicit emisse per quinque
iuga boum intelliguntur quinque sensus
exteriores corporis et dicuntur iuga
quia sunt duplicitates singulis sensus instru-
menta conbinantur duo enim sunt oculi duae
aures duae nares duo instrumenta
gustus lingua et palatum duae ma-
nus in quibus precipue perficitur tac-
tus sicut igitur boves terram
exarant sic sensus animam ad terrena

gtine delectant magis eum delectan
cius oculi videndo magis animi
quam videndo in eius corpus dum
Jn ore et amari dulcior est animi
notitia quam ubi dei perfectios Et iste
fatue se excusaverunt quia postea debuit
magis probasse quam emisse. Juga
boum quinque designat quinque sensus corporis qui pro uxore
intelligit voluptate. Non
eum gingati pro quinquaginta cocle-
dum a cena licet aliqualiter retar-
dent. Sed ille dum uxore duxisse
qui tota affectione se tradidit volup-
tati et tales ad cenam celestem
venire non potest nec debet nec est dignus
non potest ire quia est impeditus non
debet quia ipse est sordidus non est
dignus quia est sordida veste
indutus/ et quia tot sunt qui se
excusant Jdeo licet multi sunt
vocati pauci tamen electi Mt. 20.
Jn eius figuram Numeri 21 legimus
quod de 16 milibus hominum non ascendit
in terram domini nisi 22 etc. 3o
videndum quod sunt excusantium pene
nec/ et sunt tres segregatio et
exclusio verorum. luc. 14. Nemo virorum
illorum qui vocati sunt gustabunt ce-
nam meam/ subsannatio et improperium
proborum quia in iudicio deus et angeli
et homines et demones subsannabunt
et deridebunt fatuos et prodigos qui
divinas vocationes neglexerunt Prov.
1o vocaui et renuistis extendi
manum meam et non fuit qui aspi-
ceret Et infra Ego quoque in interitu
vestro ridebo et subsannabo cum

nos quod timebatis advenerit Cruci-
atio perpetua tormentorum ysa. 66
Eliget illusiones eorum et que
timebant adducam eis quia vocavi
et non erat qui respondebat. non sic de
bonis et iustis/ qui deum vocantem
audiunt per obedientiam/ percepturi ob-
servantiam. hii in celo ponentur luce-
ntes sicut stelle in perpetuas eter-
nitates. Baruch 3o stelle
vocate sunt et dixerunt assumus
et luxerunt ei cum iocunditate. quod fecit
illas. Jn psalmo aut vocat nos
orationibus exemplorum promissionibus premiorum
et percussionibus flagellorum/ primo nos
vocat orationibus exemplorum cum
enim nos per media prime prophetis quot
milia martirum/ quot milia virginum
quot milia confessorum tot sunt milia
vocantium Jo. 10 oves vocat
nominatim et adducat eas et apostolus
ad Phil 3o Ea quidem retro sunt oblivis-
cens et ad ea que priora sunt ex-
tendens me ipsum ad destinatum per-
sequor bravium superne vocationis
2o nos vocat promissionibus pre-
miorum sicut dominus vocat pauperes
conductos sub denario. Mt. 20. Jn
hoc vocati estis ut benedictionem here-
ditate possideatis. 3o nos vocat
percussionibus flagellorum quociens
enim infirmitatibus fatigamur vel
adversitatibus tribulamur toties a deo
vocamur Et sicut gregorius dicit mala
que nos premunt ad deum nos ire compellunt
Qui sanas et vivificas omnia
spiritus tuus in nobis sedeat
qui excitavit partibus accipio

et de quibus peccat admonetur et al
loquitur ut relicta malicia credat
in te domine / Sicut prepositus dictum fuit
commentator a medio decimi capituli
usque ad finem libri est declarare
quod sapientia que est verus dei cultus
mirabiliter gubernavit populum hebreorum
historiam audientes ad verum cultum
quam est sapientia animetur ffuit ista
gubernacio mirabilis in tribus primo
egiptiorum expugnatione 2o in hebreorum
per desertum eductione Et in cananeorum
de terra promissionis eiectione / prima
ergo declarata est gubernacio sapientie
circa populum hebreorum quantum ad duo
prima In ista parte queritur agitur
de punicione cananeorum quos quam
statim inhitabant cum tenuos israel
et in mora cum non statim et subi
to sed paulatim dominus deleuit et
exterminavit et duo illius terre purga
vit / Et in eadem filios israel mira
culose plantavit Et circa illud
duo fiunt nam primo agitur de cana
neorum afflictione · 2o de hebreorum
instauratione ibi Cum autem dominator
virtutis / Circa primum duo fiunt quia
primo agitur de modo afflictionis
secundum quem gens cananeorum fuit
flagellata · 2o ostenditur quod ad summum
modum non fuit diuina potentia
nimis limitata · 2a pars ibi non
quasi impotens in bello / Circa primum
duo fiunt quia primo ostenditur bonita
tas diuine castigationis ad omnes
peccatores generaliter / 2o ad chananeos
specialiter · 2a pars ibi Illos enim an
tiquos / Circa primum in textu hodierno

duo fiunt quia primo agitur de diuina dil
ectione qua infudit in celis
nostrorum / 2o de mira mansuetudine
qua ostendit in correptione malorum
2a pars ibi Ideoque hos qui exerrant
Circa primum dicit sic o quam bonus et
suauis est domine spiritus tuus in nobis
Hic diuine bonitatis dulcedo quae
datur ex signo magne admira
cionis o est nota gaudij inte
rioris quod ex notabilis summe per
fectionis bonum ex hoc mire de
lectationis suauis / o prima ponitur in principio
et post aliquid est nomen hic aliud
est interiectio aliquando aduerbium Si
est interiectio aliud est interiectio doloris
ut o in cantica vinea summus quam
est interiectio admirantis ut o re
admirabilem / quibus est est aduerbium
et diuersas habet significationes est enim
aduerbium vocandi ut o regina / admi
randi ut o quam fames indignandi
ut o tempora o mores optandi ut
o utinam / exhortandi ut o effingi
te / enim non preterit cum suppositione
et motu animi est interiectio / quando sequitur
actus casus est aduerbium ut o quam
dominus uniuersi / In proposito est interiectio
vel aduerbium non est cura et est nota
magne admirationis Est etiam
nota grandis intencionis iuxta
id ps / Quam magna multitudo dulce
dinis tue domine / bonus est benevolentia
diuine perfectionis hinc xviij nemo
bonus nisi solus deus suauis
est verbum mire delectationis in ps
Gustate et videte quam suauis est

dne leta͞g dne deo regnacio q̃ in
effabilis et inuabilis spus sctus .i.
benignitas sua e magna i nob
.i. in dis i pe vo fecit celit ci [mdes]
nacoem / vel in omnibus fri alia q̃
in pe genamus dne in veniis et
in pacoes ei / Ecce go patz dna
dulcedo gnalit in omnibus creaturis
Ez spealit magnitudinem suam
detulit in correccione malorum quos
cu poss affligere et adnichilare
si vellet vel in infinitum detrudere
corripit amonet alloquitur / ut de
linquant malicia sua / et redeat
ad eum p penitenciam / et hoc q subdit
ideo hos q tanta e in te suaui
[i valde errat]
tas benitatis hos qui oberrant
peccando / paulatim corripis .i. puniat
et paulatim et de quibus peccant
.i. de peccatis suis amones p exterio
[et cordis p penitencia]
rem predicacionem tuam et alloqueris p
interna inspiracionem tuam ut relic
ta malicia credant p fide operan
tem p dileccionem in te dne qui
eos ita dulciter revocas ab erro
re / Genamus e dne spus tuus in
nobis omnis hoc dulcedinalis co
pri non possit se spm .s. hec sed
nec pt se scire in caritate fr stos
tei tri signa pt hoc hic . fr que
[cognoscere]
visibiliter pt cognoscere spm scm hic
p graciam suam / Et accipiunt ista
tria signa fr prophetam spem i q
spm scm legimus apparuisse / apparuit
enim in specie nubis sup xpm trans
figuratum / In specie columbe sup xpm
baptizatum / In specie ignis sup
aplorum collegium congregatum
primo go signum e quidam lac

maris et id apparuit in specie nubis
nubes enim fundit pluuias sup
terram / et spus sctus irrigat men
tem deuotam qua inhitare dig
tur pluvia lacrimarum / vn gn primo
dicitur q spus dei ferebatur sup aquas
et in ps flabit spus eius et fluent
aque / et ro viii . Ipse spus pos
tulat p nobis gemitibus inenarrabilibus.
postulat .i. postulare nos facit
fr glo . bri . sup cm . lacrime pec
cantium sunt angelorum q̃ in illis delec
tabitur sapor gre gustus et indi
gencie suauitas redolentes mor
re tribulacionis vendicas / et sua
te consciencie suauitas / .2. signum
e dimissio iniuriarum / et ideo
[columbe]
apparuit in specie que felle caret
vn qui hoc se meruit pacis et
benignitatis ad remittendum iniurias
sibi factas euidens signum e q
spm scm hic / cum quo nullum odium
stare pt / cum sit amor . odium
namque animum inflammat indu
rat et amaritat / Ez spus sctus
p appositas condiciones describitur
ita operatur vero similiter et molli
fit quietudinem / cum cor odio infla
matum refrigeret dicit nos etiam
vin / nouo ardore refrigerabit
vos vn petit eccia concorda
mina spus sci conuidet infusio
et sui roris mis intima asspersione
fecundet Inde tu cor odiis indu
ratum mollificat dicitur in iii
Johis .2. vn cum hec a sco
et nostri quia q̃ non cor odio a

19
spm scm q de hic pt [illegible]
ebs scif quia

po

mitatur dulcorat dicitur mel. Eccl.
24. Spiritus meus super mel dulcis.
nec mutat homini pacem fictam
Prov. 26. in verbis / et odium celat in
corde quia fictoris est. Item dicitur Sap.
primo Spiritus sanctus discipline effugiet fictum. 3m
signatur descensum supra nos et ideo
sanctus spiritus apparuit in specie ignis
sicut enim ignis naturaliter tendit
sursum et se celo coniungit ita spiritus
sanctus illos quos attendit sursum
elevat ut terrena fastidiunt et
celestia ~~sitiunt fastidient~~ desiderant
Ezech. viij. elevavit me spiritus
inter celum et terram et non dicit
posuit me in celo / quia ibi tan-
tum boni / nec dicit posuit me
in terra quia ibi manet malum. Et
dicit / elevavit me inter celum et
quia ibi debent esse fideles ... ani-
mi quod est quod aliquid sunt attendentes
ipsius celum celestia contemplando / et
aliquid ipsius terram propter utilitatem
instruendo et dubitatio ...
...spiritus dicitur ... se ...
et ad gratiam preparanti sed quod non
... deus dat gratiam sed dat
gratiam et libere ex sola natura. Igitur
dicitur quod disponat se in libera
dei voluntate est dare sibi gratiam
vel non dare ... comparatur ad deum
sicut lutum ad figulum Ier. xviij.
Sicut lutum in manu figuli sic
nos in manu in dei eius. Et lutum
... sicut ... non accipit
formam a figulo ex necessitate. Et nec

... gratiam ... ad ... se ... preparanti
se ad gratiam

sed gratiam a deo ... se parat
... Ro. 7. Ius-
tificati ex fide pacem habeamus
et deus ... recipit ... confugientes
ad se alias esset mutabilis in deo. Sed
impossibile est quod in deo sit mutabilitas
ergo impossibile est quod non recipiat
confugientes ad se / ergo confugiens ad
deum necessario consequitur gratiam / Apoc. 3.
Ecce sto ad ostium et pulso / si quis
aperuerit mihi intrabo ad eum et cenabo cum eo.
Ergo iste qui disponit se sufficienter
quod in se est / aperit et ergo intrat necessario
confirmatur quod isto aperiente sibi
aut intrat aut non intrat / si non intrat
ergo frustra pulsat quod impium est
dicere. Si intrat ergo gratiam dat
... Anshelmus de ca. di. c. 3. dicitur
quod illa est causa quare deus non dedit
dyabolo gratiam i. perseverantiam quia ipse
noluit accipere sed non ideo non
accepit dyabolus perseverantiam quia deus
non dedit / sed ideo deus non dedit
quia ipse non accepit ergo quicumque
se parat ut accipiat recipit necessario
Ad dubitationem dicendum quod quedam
est necessitas coactionis / et quedam
est necessitas infallibilitatis / necessi-
tas coactionis nullo modo cadit in deo
ex promisso suo et pacto sub lege
statuta / et hec non est necessitas ab-
soluta sed est necessitas gratie / unde
non constat eum lege statuta / quod
viator faciat quod in se est disposito
se ad gratiam / posset tamen deus legem
mutare ... alia ... sicut vel-
let et talis ... se disponet

... quod ... facit ... se ... gratiam
... et ... se ...
... dicitur ... de ...
... ad hoc quod ... facit ... se est ... v... quia ...
... 2o voluntatem ... dimittat / 3o quod faciet ...
... est sibi possibile

necessitas ... infallibilitatis

...

nec habet quia dispensando homo nullam
caritatem habet nec gratie de necessitate
set tamen de congruo quia gratia excedit omnem
operacionem naturalem nec est possibile quod homo
mereatur ex condignis operibus naturaliter me-
ritoriis primam gratiam de digno. Adver-
nes ergo primas credo quod deus ex
misericordia et ex gratia sua constanter quilibet
legem inviolabiliter statuit et observat
et stante lege naturalis dat gratiam
nature que. Ad primum dico quod sicut speciali
lecto per operacionem ad deum aliquo
non tamen speciali erit in omnibus nec est
partum inter artificem et lutum dato
quod foret artifex posset frangere par-
tum parti lege manente quod nec per
deus pacto pro manente nec lutum
vel aliquid apud artificem promereri
nec de congruo nec de condigno In hac
tamen materia plus quam loyce est
loquendum

Illos enim antiquos habitatores
terre sancte tue quos exhorruisti
quia odibilia opera tibi faciebant
per medicamina et sacrificia iniusta
filiorum suorum necatores sine misericordia et
comestores viscerum hominum et devora-
tores sanguinis et auctores
parentes animarum inauxiliatarum a
medio sacramenti tui voluisti perdere per
manus parentum nostrorum ut digne per-
ciperent peregrinacionem puerorum dei que
tibi omnium carior est terra / Declarata
divina castigacione ad omnes pec-
catores generaliter quia omnes corripit
amonet et alloquitur ut relinquant
maliciam In hac parte ostenditur
divina clemencia in castigacione
illarum gencium quos de terra sancta expu-

lerunt filii israel specialiter et circa hoc tria
facit ita primo quia replicat preteri-
torum pravitatem / 2o explicat dei
punientis pietatem ibi Sed et his
tamquam hominibus. Et 3o recapitulat
dei imperantis equitatem ibi Cum
ergo sis iustus / Circa primum ex-
plicando puniendorum pravitatem
quinque sunt in lectione hodierna nam
primo ostenditur qui erant puniendi / 2o
quare erant puniendi / 3o quo erant
puniendi / 4o per quos erant pu-
niendi / et quinto ad quid erant
puniendi / primo ergo ostenditur qui
sunt quos deus punivit in ad-
ventu filiorum israel in terram sanctam
suspectus ad hoc dicit Illos enim anti-
quos habitatores terre ubi notandum
quod septem gentes que suis nominibus
computantur deut. vii scilicet ethei
gergesei / evei / et gebusei / amor-
rei / cananei / et pherezei
et figurant vii peccata capitalia
que nos oportet expugnare si
terram promissionis intrare volumus

2 Quare autem eiecti sunt dicit Illos
statim subdit inquit exhorru-
isti id est abhominabiles habuisti qui
odibilia tibi opera faciebant / Et quo
erant peccatum in deum / peccaverunt
in proximum / In deum peccaverunt contra
summam bonitatem peccaverunt idolatrando
sortilegiis quibus investigabat
de occultis et quibus se dicebat
mederi infirmis. Unde sortilegia
vocat hic medicamina que infirmis

p sortilegia medebant sicut imitabile adhuc fatere dicunt / contra summa maiestate deliquit / quia sacrificia q soli deo debebant ydolis faciebat / et iō iniste qr ? hoc intelligit cu dr q faciebat sacrificia iniusta ? ? peccauit in deu / s non solu hoc ymo peccauit in proximu / et maxime i illos qmb certis psibus maxi ? debebat fuisse bz in filios suos / unde dr ha q fuit filiorum suorum necatores / i ? ymolatores in ? ymolauit filios suos et filias suas demoniis / et ? qui dissimile sunt colere demones qui iubebat eis filios a patrib ymolari / et sic fecerunt isti gentiles sine mia ? ? ? intfecerunt filios suos ut ymolarent demonibus ymo cu gaudio ? hylaritate hoc fecerunt et ? hoc dr ha q fuit filiorum suorum necatores sine mia / et non solu occiderunt filios ymo viscera i carnes humanas comederunt ? ptem deo sacrificauit comedes ptem comedunt sicut uidet de suis sacrificiis faciebat et hoc ē q subdit et comestores viscerum hominu et notant viscera adco decedu crudelia corporis / ? ? ? q interiora humana sicut pulmonem ? epar ? renes comedunt omni die ? ? ? q crudele est in viscera comedi ? ? ? unde subdit devoratores sanguinis ? hoc sup omia q sortam

corp reddit detestabilez q erant auctores parentes charorum ? amphitatarum ha est obscura bz vult dice q illi qui fuit parentes charorum ? amphitatarum i hominu occisorum sine auxilio ? defensione fuit auctores iubendo ? ordinando de morte corporum ita q respondet parentes ? fuit auctores mortis et hoc ē q dr q erant auctores iubendo ? ordinando de morte filiorum ad sacrificium deorum suorum respondet ? ? parentes ? ? charorum ? amphitatarum i hominu ? sine auxilio peccauit ? tam in deu q in proximu et ? ? ? deleri debebant / ? quod / ? ? occasione ? expulsione a tra illa sancta / in q filius dei erat nasciturus ? moriturus / ? q tra illam sacram nouit ? subdit ? in ha / a medio sacramento tuo voluisti perdere / terra enim sancta sacramentum dr est enim sacramentum qualiter loquendo sacrum rei signum / qr ? illa tra figurabat ? ? ? ? triumphantem et qr ? in ea sacramenta noui testamenti fuerat constituta ? sacramentum nota / medium ? sacramentum qr i medio mundi posita ē / ? ? quos fuit delendi / ? dr salom ? manu parentu nostrorum / qui sub iosue ? ? terram ? missionis iosue ? / iustu enim fuit q cultores veri dei / cultores deorum supra

rent | Et ideo quantum sufficit certum
ad quod compulsi sumus ut scilicet digni
perficerent peregrinacionem patrum dei
i. abraham ysaac et iacob qui in terra
illa fuerant peregrinati / et quibus terra
ista fuerat repromissa que tibi deo
omnium carior est terra | primo quia ibi habi
tauerunt sancti patriarche terra quam peregrini
2o quia christus conceptus fuit / natus
conuersatus | docuit mortuus est resurrexit
et ascendit in celum | et ibi iudicaturus
est viuos et mortuos | in psalmo Benedixisti
domine terram tuam | Illuc adhuc per multa
discrimina a deuotis visitatur ibi mori
non timetur | ibi sanctus martinus ad terram be
nedictam ascendit | Cara est 3o deo terra
illa racione creacionis / carior racione
redempcionis | carissima racione figuracionis
Ut digni perficerent peregrinacionem
patrum dei | tum vita christiani peregrinacio
quedam sit usque patriam nos peruenire
faciens | notandum est quod christiani condiciones
peregrini habent | eundo et redeundo / pere
grinus autem tria portat | tria vitat /
et tria reportat | Cauet peregrinando
ista tria / cottidie prauos malos vi
tat / cottidie computat | cottidie terminum
recogitat | primo 3o habet maxime cordi
quod non intret prauam societatem / quia
3o est sinistre periculosum sibi | Sicut enim
sunt predicasti | aliqui nimis superbi
sunt | aliqui nimis cautelosi / et isti
omnes impedirent eum | Isto modo christianus
mortalis sibi cauere debet ne malorum
societate turbetur a bona vita | non
habeas societatem cum demone quia est
predictus / nec cum mundo quia est nimis
superbus / nec cum carne quia est nimis

hostis quia est nimis cautelosus | 2o pere
grinus cottidie computat et eodem
modo christianus cottidie vitam suam exa
minat | unde seneca de ira libro 3 vsus
sum est cottidie animum ad racionem red
dendam vocandus est faciebat hoc
sextius vir ut consummato die
cum se ad nocturnam quietem recepis
set interrogabat animum suum quod hodie
malum tuum sanasti | cui vicio obsti
tisti | qua parte melior factus es | 3o
peregrinus tota die de termino cogi
tat et nos sic de patria cogitare
debemus dicens In hostili terra dulcis
est recogitacio ubi recordacio patrie
In psalmo Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est Sic recogi
tauit paulus terminum suum qui dixit
Cupio dissolui et esse cum christo multo
melius est | 2o peregrinus tria vitat
quantum est sibi possibile scilicet thezauri
sui ostensionem hospicii decepcionem
et sui ipsius nimiam oneracionem | Isto
modo vitat christianus suam ostensionem
virtutis per iactanciam qui potius
eas occultat per humilitatem Gregorius
depredari desiderat qui thesaurum in
via publice portat | 2o vitat
hospicii decepcionem hospes meus et
hospes mundus est | carni parat hospes
quamuis vilem facit lectisternia ho
nesta demonstrat | et bona promittit
sed in fine pessime et stultissime
computat nec hominem quicquam secum as
portare permittit | 3o peregrinus
vitat nimiam sui ipsius oneracionem
quantum magis potest secum portat de

Ciuitas vita est peregrinus ad patriam et 3o habet deo condiciones peregrini

2
peregrinus tria portat / tria vitat / et tria reportat

vestibus et aliis quibuscumque. Vere dicuntur
cani boni dicunt cum apostolo: Omnes a
micitia / et quibus tegimur hiis contenti
sumus / immo pertinax sua ipsi non
portat in eadem sed mercatoribus earum in
patria sua vendunt. Unde eorum recep-
tum ut ab aliis eiusdem potestatis mer-
catoribus tantum recipiunt ad patriam
ad quam vadunt. Sic et presentes
cani divitias suas et eas erogan-
do pauperibus mittunt in patriam. Quia
cum sint mercatores celorum et secu-
ritate ab hiis habent literas quod centum
vel quantum tantumdem ymmo centuplum
in celo accipient. ¶ 3o peregrinacio
reportatur quam in patriam suam redit per
de patris indulgentiam / ab amicis
reverentiam / et deinceps quiescendi
licentiam. Sic et homines devoti redi-
entes usque patriam celestem in morte
gaudet quod secum portat peccatorum
indulgentiam / recipit ab amicis
reverentiam. Solent enim amici ho-
minis venientes de peregrinacione sibi
processionaliter occurrere et in domum
suam devote deducere. Eodem modo
de morte sanctorum redeuntium de pe-
regrinacione mundi occurrunt sancti angeli
dum sicut pie petit ecclesia subve-
nite s. dei. oc. an. do. sus. a. e.
ecclesia introduxerunt apostoli licet hoc
in canone biblie nullibi exprimatur.
Vnde allegat dominus libro 2o c. viii primo
allegato quod innotuit ad eum pervenit
quod beatus lucas pinxit ymaginem tam
xpi quam matris sue / et quod ille ymagi-
nes habebantur in roma / et secundum alias
alie fuerunt depicte que olim [...]
[...] habebant ymo narratur
et in ecclesiastica historia / quod xpus abga-
ro edissenorum civitatis regi qui pic-
torem suum miserat ad eum ymaginem
sui ipsius transmisit cum enim pictor
non posset in facie xpi aciem visus
sui defigere propter claritatis corusca-
cionem xpus devocionem regis attendens
vestimentum suum faciei applicuit
et sic sui ipsius ymaginem ei impres-
sit sicut narrat dominus ubi prius / fuerunt
autem tres cause institucionis ymaginum
in ecclesia primo ad instructionem laicorum
quibus ymagines adhibeantur loco
librorum. 2o ut incarnacionis misterium
et sanctorum exempla nobis et frequencius
et recencius infigerentur. 3o ad exci-
tandum devocionis affectum quia magis ex
visis quam ex auditis excitatur. Et propter
hoc ad [...] utriusque [...] simula-
crorum adinvenciones / notandum secundum ys.

vim° e[cc]l[esi]ast[ic]i c° x° Simulacrorum usus exortus est communi affectione ad mortuos constituebantur effigies vel ymagines ut mortuos vivus representarent post hec demones illa simulachra sunt ingressi et responsiones dederunt et se coli a malis et perditis hominibus persuaserunt. Simulachra autem dicuntur vel quia sunt similia arte confecta Iudei dicunt quod ysmael primo simulacrum fecit ex luto. Gentiles dicunt prometheum simulacra hominum primo finxisse de luto et ab eo dicunt artem faciendi statuas ad mensuram et poete ab eo finguntur fingunt homines primo factos per ymagines post effigie hominum quas esset apud grecos et tropos primo simulacra repertus artis crevit et sacrificia instituit super illud theodoli: Egregio tyropi debetur cura litandi hic primo curatur vestea sed ... statuit quae postea celebrantur Cum edit athenas ad numen nomine pallas et numina ad numen nomine suo quod ab ea athene civitas quae nunc in greco dicitur athene Cuius historiam ... enarrat ... de civitate dei capitulo x. allegans illud cum enim repente in illa civitate duo prodigia apparuissent unum scilicet arbor olivae aliud fons aque. Cicrops qui tunc temporis regnabat ibidem motus de istis prodigiis misit appollinem delficum sciscitatum quid sibi esset faciendum Apollo vidit quod olea portenderunt minervam et unda neptunum esse et quia in potestate civium esset cuius illorum deorum potius nomine civitas vocaretur. Rex hoc cives ubi convocatis ... quorum erat mos ...

erat ... quod fere primo consultationem mittebant consulta igitur multitudine maris per neptuno ... per minerva tulere sinuas. Et quia una plus inventa est feminarum minerva vicit neptunum igitur ita motus in ... fluctibus estuantibus terras atheniensium depopulatus est. Cuius ut iracundiam placaret tripliciter suppliciter femine atheniensium sunt punite scilicet ut nulla ulterius daret consilia, et ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, et ut nemo eas athenas vocaret ne illius nomen ... ... victorem fecerunt nominando.

Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit et huius docte eradat corticem omnem et arte sua usus diligenter fabricet vas utile in conversationem vite. Reliquias autem eius operis ad preparationem esce abutatur. Et reliquum horum quod ad nullos usus facit, lignum curvum et verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam et per scientiam sue artis figuratur illud et assimilet ymagini hominis aut alicui ex animalibus illud comparet perliniens rubrica et rubicundum faciat colore illud et omnem maculam que in illo est perliniens et faciat ei dignam habitationem et in pariete ponens illud et confirmans ferro ne forte cadat prospiciens illi sciens quoniam non potest adiuvare se. Ymago enim est et opus est illi adiutorium. Postquam redarguit sapiens ydolatrie colentes ymagines de metallo, videlicet ydola aurea, argentea, et lapidea In hac parte deridet colentes simulacra in materia lignea. Et circa hoc tria facit. Nam primo tales ydolatras rep-

578

bat et vendit ratione materialis compositionis 2° ratione formalis et tertio ratione localis situationis quantum ad malam operationem sic inito deridendi vel mendi artifici. Deservi faciens sicut lignum magnum de silva dividit illud in tres partes. Sed de una parte facit aliquod vas vel instrumentum utile ad vitam sicut bygam navem aratrum. De alia parte que est superfluitas decenda a tali vase facit igitur ignem ad coquendum cibos. De tertia parte que est plena gibbis et nodis de qua non ad faciendum aliquid utile facit ydolum. Stultissimum est id est illud credere deum. Quoniam est vilius lignum eo quod combussit, et cum eo de quo aratrum suum fecit. Dicit igitur quantum ad litteram sic. Et si quis artificialis faber, sed lignarius secaverit secuerit lignum rectum de silva, et huius ligni docte id est artificialiter eradat corticem omnem tam exteriorem quam interiorem, et arte sua usus diligenter fabricat vas inutile, talem enim modum loquendi habet Virgilius ubi dicit nichil imprudentibus non tunc ymbres imprudentibus id est valde prudentibus. Ysa. 33. Populum imprudentem non videbis ut prudentem, secundum unam expositionem et sic accipitur inutile id est valde utile. Ideo est sicut dicit prepositio aliquando signat illud quod valde, ut inertes. Aliquando idem est quod non, ut invalidus id est non validus. Aliquando idem est quod inter, ut vindictam tu inter mulieres. Aliquando idem est quod ad, ut impulit in latus id est ad latus. Aliquando accipitur pro cum, ut in baculo meo transivi id est cum baculo in quo iiij quam retinet

necessario ad perpetuat et auget id est conservatio sumptionis per valido et sic accipitur in proposito cum dicit vas inutile in conversatione vite. Reliquias autem eius operis id est ad preparationem escae abutatur. Coquendo escas apud antiquos sicut re aliqua que post usum salvatur sicut utor equo michi concesso ad usum. Sed quando res non manet post usum sed destruitur, tunc talis res homo abutitur. Unde conceditur quod homo abutitur cibo et potu et non utitur proprie, et isto modo quod sicut quod comburitur de ligno destruitur quod artifex id est abutitur aliquo theologi vocant abuti male uti. Sed hic non est ad propositum hic etiam dicit translator antiquus grammatica cadit reliquias abutitur, quod apud modernos uti et abuti exigunt post se ablativum casum et multis accusativum. Unde stat hic reliquias pro reliquiis. Accusativus pro ablativo et reliquum horum id est vasis facti et ignis quod ad ultimum usum facit id est curvum lignum tortum et vertice plenum verticibus id est gibbis et nodis, apud enim antiquos dicebatur vortex vorticis unde legitur Jo. ii. hic est vortitibus sed veribus et modern. sunt verticibus sine non mutatur vortex autem appellatur circularis revolutio aque, sculpserit diligenter per vacuitatem suam id est quando vacat hic derident ydolatre quantum ad formales dispositionem similarem quod est infimis sculpture dispar id est per scientiam artis sue figuravit illud faciendo de eo statuam ubi michil novum causatur sed removet partes ab unitate sed

in antiquis

assilat ymaginem hois ysi ex fac
et ymagine bovis qr sp̃e corporum
bovem habitantem in domo alia
aut alteri ex aliebus illud quet
et assimilet sicut apis depinge
bat in sp̃e bovis habens i figura
arietis quamvis in sp̃e canis. po
ta dispoicone figuracois. et d̃r
phinices illud legimi rubrica. i.
colore rubeo vel rubrica appella
instrum in quo rubricat / mars
enim et pallas qr dii dei bellor
et alia dea bel. / cruentis p alios p
gebat. Jupiter no igneo colore
pictus est pp furorem fulguris
et choruscacois / aliqui lib' hnt
rubrica media correpta / que e
instrum quo mundũr milites ad co
planandum et poliendum lineas les
tes / cuius diminutivum e rubricula
et qr hoc instrumentum lenit et
no linit / no concordat hnic lra q
e phinices / ceterum linire liniendo
mungo. unde rubrica in pposito
accipit pro colore rubeo / vel terra
rubea vocat a rubrica / s' ysi
ethimologi li. xix. et rubicundum faci
ens fuco colore. illius fucus e
conndom dum mo signat colorem
simulatum vel adulterinum / alio mo
signat quoddam genus apis / 3o
mo idem e qd medicamen / vel ypocris
Unde ut etiam dr fucatus meriens fls
colore atque simulatus / In pposito
accipit pro colore adulterino quia
nativum colorem occultat et aliud
ostendit / et omez materiaz que

in ligno est. i. ligno de q fabricat
statua phinices. i. inungens ut
occultetur sub optineo colore / po
ta ymaginis naturalis compositione
et formali dispoicone / hic subiug
derisionem dispar y ydolatra p vo
locatis situacionis dicens et fac
ei dignam habitacionem qr ponunt
tales ymagines in pulcherrim
templis in pariete ponens illud
. i. ydolum ponit tales ydolatra
in arcuato loco parietis / et confirmas
ferro ne forte cadat sicut fecit
dagon ad presenciam arche dei. i. re
r. dagon primo iacebat an ar
cham ppiciacionis illi ne cadat
sciens quia no pt se iuvare yma
go / ymago enim hois et no ho et
opus e illi adiutorio hois / et
ulterius pt / admiracionem considerat ei
dignam habitacionem / ergo glosa sta e
isto ope habitacio digna dei / qui i
suo corpe filius dei carne assum
psit / in ps elegit dns syon ele
git eam in habitacionem sibi / Syon
interptatur specula / et virgine beata
significatur q iam specula altissima
et pro illis pertinens pr nite conceal
lecione constituit et ci vi. exaltasti
sup terram habitacionem meam / digna
fuit e ista habitacio / propter tria

t de substancia sua t de filiis suis

t impers votum faciens i
quarit no erubescit loqui cum
illo / qui sine anima est / et pro sani
tate quidem infirmum deprecat / pro vi
ta mortuum rogat / et i adiutorium

ff

inutilem invocat et pro itinere petit
ab illo qui ambulare non potest et de
acquirendo et de operando et de omnium
rerum eventu petit ab eo qui in omnibus
inutilis est. Postquam redarguit sa-
pientiam ydolatre de multiplici ydolorum
diversitate, hic in ista parte prosequitur de
adorantium stulticia et fatuitate.
Consistit autem superstitiosus cultus ydo-
lorum fatuitatis multiplex. Nam ydo-
lis committunt vota, porrigunt sup-
plicaciones et oraciones, ac si eos in-
telligerent de omnibus negociis que
ad vitam humanam contingunt. Primo
igitur deridentur ydolatre de cultu quem
exhibent pro negociis que geruntur
in terra; 2o deridentur pro cultu quem
exhibent pro negociis que geruntur
in aqua, ut patet in capitulo 14: Iterum
alius navigare cogitans. Circa primum
duo facit: primo deridentur de votorum
promissione; 2o de verborum oracione, ibi
non erubescit loqui. Quantum ad
primum dicit de substancia sua, quantum ad bona
fortune que sunt divicie, et de filiis
suis quantum ad prolis successionem, et
de nupciis contrahendis pro se et pro
filiis votum faciens inquirit ab
ydolo suo. Votum diffinitur a magistris [?]
sic: votum est alicuius boni cum delibe-
racione facta promissio. Aliter a magistro
sentenciarum li. 4 di. 38 c. primo: votum
est testificacio quedam spontanee
promissionis, que et deo et de hiis
que dei sunt proprie fieri debent. Circa
votum enim tria requiruntur, scilicet de-
liberacio, propria voluntas, promissio
saltem verbi interioris, et hoc sufficit
quo ad deum, vel verbi seu facti

exterioris quod requiritur quo ad ecclesiam.
Ydola non intelligunt [?] horum intellectum,
fatuum et vane [?]. 2o deridet scilicet ydo-
latras de porrigendo supplicaciones
ydolis et dicit: non erubescit loqui cum
illo qui sine anima est, vegetativa,
sensitiva, intellectiva. Et ideo debet
erubescere supplicare tali vel loqui
tali, cum res sit irracionalis, et
cum tale ydolum infirmum, id est impotens,
pro sanitate deprecatur, et pro vita
mortuum rogat, apertum quod legitur [?]
vivum vel mortuum, id est non vivum
sed lapidem vel metallum [?], et in adiutorium
inutilem invocat, sicut fecerunt sacerdo-
tes Baal, 3 Regum 18: invocabant
nomen Baal de mane usque ad
meridiem dicentes: Baal exaudi
nos, et transiliebant altare quod fece-
rant, et incidebant se iuxta ritum
suum lanceolis, ut sanguine perfun-
derentur. Demones enim plurimum
delectantur in ablacione sanguinis
humani; et tunc illudens eos Heli-
as dixit: exaltate clamorem forte, deus
enim vester dormit, aut cum alio loquitur, aut
in diversorio est. Secundo fatue ydo-
latra petit pro itinere ab eo qui am-
bulare non potest, et de acquirendo pro ne-
gociacionum et de operando quantum ad operis
inchoacionem, an sit fortunata vel non,
et breviter de omnium rerum eventu petit
ab eo qui in omnibus inutilis est. De ob-
servacionibus futurorum eventuum per signa
nullatenus ad eos ordinata loquitur
reprobando philosophice beatus Augustinus de
doctrina christiana c. 20 dicens: omnes
observaciones superstitiones esse [illegible]

aliqui cum vident bestias a sinistris (vel a dextris) venire timent de aliquo infortunio eventuro. Unde legitur Catho quendam venisse qui sibi quasi mirabili signo infortunato nunciavit caligas eius per sorices corrosas. Certe mirum non est, inquit ille, sed mirabile fuisset si caligae sorices corrosissent. Ad ista pertinet si quis surgens de lecto ad lectum redeat qui sternutavit antequam se potuit calciare. Item cum homini singulariter accidit ut teneas manum dextram pollicem manu sinistre. Item cum pro malo accipitur si duobus amicis simul ambulantibus puer medius intercurrit vel aliquod aliud animal; estimatur enim quod eorum habet amicitia sit dividenda. Similiter est redire domum si homo statim procedens offenderit. Et tales multas fatuas observaciones ibidem recitat Augustinus. Tale est quibusdam diebus quod venatores sive eciam [illegible] observant pro illo die de expedicione sua diffidunt [illegible] et [illegible] et omnium figurarum extra signa crucis et invocaciones nominum signorum et alligaciones [illegible] de [illegible] ita collum patientis et multa talia ad superstitiones pertinent. Sunt eciam et sunt quedam reliquie ydolatrie. Sed hic potest esse dubium utrum observaciones signorum ad presagiendum eventus futuros sint licita vel superstitiosa. Videtur quod sint licita, quia licitum est illo uti quod aliquotiens per plurima experimenta probantur esse vera. Sed multi probaverunt quod occursus religiosorum est signum infortunii [illegible] venatorie. Igitur licet illo uti. Et similiter hoc procedit vel dimitte. Item multi experimentum quod meliores labores vel unica certis diebus puta feria tercia et proficiunt et [illegible] sunt. Igitur licet similes observaciones et [illegible].

Ad oppositum est Augustinus 2° de doctrina christiana c. 20 ubi docet quod omnes tales observaciones pertinent ad quedam pacta significationum cum demonibus inita. Ad istud dicendum quod talia que observantur respectu futurorum eventuum vel observantur ut cause illorum eventuum vel ut signa eorum. Si sunt cause considerandum est an possit esse vera causalitas respectu futuri vel non; si sic, non est peccatum observare illud, sicut si videmus aerem nebulosum concurrimus quod erit pluvia vel aliquid tale. Si non, nulla causalitas posset attendi, sed tamen dicatur quod naturaliter significet talem eventum futurum, sicut quando pice garriunt significatur adventus hospitum. Ergo quod ista significatio non est adeo instituta dicunt doctores quod tales observaciones sive signorum sunt introducte ab humana vanitate cooperante demonum malicia, qui gaudent implicare homines in vanitatibus et erroribus. Et in principio casu accidit quod tale signum et talis eventus reperiebatur. Et postea cum homines inceperunt talibus indulgere multas repperiebant coaptaciones demonum ut homines magis fierent curiosi et arcius in talibus superstitionibus radicati. Unde cum nulla ratio possit esse quare occursus religiosorum venatorum impediat, que est licita

utrum liceat circa collum portare verba evangelii [illegible]

& apponunt quemadmodum littere exorcis-
manifestum est quod hec ars est supersticiosa
et erronea. Hoc est et intendit ex spe-
ciali falsitate signum fedus vocis per
quod deum et homines decipiunt per eos
peccatores demonum propter eorum fallaciam
credulitate precedentem. Et ideo
observatores talium multa incommo-
da recipiunt propter eorum falsam fidem
que alii incredulitatem patiuntur qui de
talibus non curant. Sed de ymaginibus
astronomicis que fiunt certis temporibus
planetis currentibus in quibus dicta lex(?)
celi determinatur. Dubium est an liceat
tales ymagines facere et talibus
sic uti. Sicut temporibus meis quidam
dam in londoniis dicebatur curare
a certamina per ymaginem leonis
auream secundum certas constellaciones
factam. Hoc est difficile dicere quid est
verum propter mirabiles operaciones corporum
Sed hoc est certum quod non est licitum
quod per naturam compleri non potest. Dicit enim
[illegible] 26 q. 5 et allegat augustinum
10 de civitate dei quod opinio porphirii
falsa fuit de ymaginibus talibus
constructis. Verum est autem quod res
naturales formas suas et virtutes con-
sequuntur ex corporibus celestibus. Sed
ymagines artificiales nullam virtutem
recipere possunt ab arte, nec aliam virtutem
habere possunt a corporibus celestibus nisi quam
habent racione materie. Figura autem non
est principium alterandi et non habet aliam
virtutem curandi aurum talis yma-
ginis quam aliud aurum alterius figure.
Sed si aliud effectum habet hoc est operacione
demonum qui sunt ludificatores hominum

per augustinum. Et ideo tales ymagines
astronomice virtute formantur per
demones ut augustinus sentit(?) est quod oportet
illud illis ymaginibus quosdam
caracteres inscribi qui ad nichil naturaliter
operantur. Sed ymagines astronomice
et nigromantice in hoc differunt quod in
factura nigromanticarum ymaginum
fiunt expresse quedam invocaciones de-
monum unde pertinet ad expressa pac-
ta cum demonibus per quosdam carac-
teres et figuras ab ipsis demonibus ad-
inventas quorum caracterum signis de-
mones facientibus suffragantur. Ad
hunc de cartulis et obligaturis circa
colla personarum infirmarum in quibus con-
tinentur verba evangelii vel certe propheciis(?)
potest esse dubium an talia sint super-
sticiosa. Dicendum quod si per ipse talia ver-
ba evangelii alligentur ut deus ad
eorum apposicionem pacientem curare
iuvet propter devocionem, nichil mali est.
Sed quando putatur quod illa verba ex
propria virtute curant febres et phisici(?)
aut morbum caducum. Et similiter
quando cum illis verbis admiscentur ca-
racteres ignoti et nomina extranea. Similiter
non presumitur quod persona portans sci-
at quid scribitur tunc non est dubium
quin ibi sit supersticio. Unde Crisostomus super
Matheum: Quidam aliquam partem evangelii scrip-
tam circa collum portant. Nonne cotidie
evangelium in ecclesia legitur et auditur ab
omnibus? Cui ergo in auribus posita
evangelia nichil profuerunt, quomodo possunt eum
circa collum suspensa iuvare? Deinde
ubi est virtus evangelii? In figuris
litterarum an in intellectu sensuum

si in signum sit et terra collo suspendit
ei in intellectu igitur melius in corde
porta presertim quod terra collo suspensa
/ tertio. Alius navigare cogitans
et per feroces fluctus iter facere
incipiens ligno portante se fra-
gilius lignum invocat. Illud enim
cupiditas acquirendi excogitavit
et artifex sapientia fabricavit sua. Tu autem
pater gubernans providencia quoniam dedisti et
in mari viam et inter fluctus semitam
firmissimam ostendens quoniam potens es
ex omnibus salvare etiam si sine rate aliquis
adeat mare. Sed ut non vacua sapientie
tue opera sint propter hoc et exiguo ligno
credunt homines animas suas et transeun-
tes mare per ratem liberati sunt.
Postquam descripta est ydolatrarum fa-
tuitas ratione fabricacionis ydolorum et
negociis que geruntur in terra, in hac
parte ostenditur fatuitas eorundem
in supplicando ydolis pro negociis
que geruntur in aqua. Hec autem fatui-
tas ostenditur per comparacionem ydoli
facti de ligno ad navem factam de lig-
no consimiliter. Cum enim utrumque factum
sit de ligno, et navis sit forcior
et utilior et subtilior, quia a sapientia
divina ordinata, generaliter formatur etiam ar-
cham de lignis levigatis / ydo-
lum vero factum sit a sapientia humana, ergo
maior fatuitas foret adorare navem
quam ydolum. Et circa hoc tria facit:
primo reprehendit ydolatre errorem.
2° ostendit ydoli superstitiosam vi-
litatem, 3° navis fructuosam
commoditatem. Secundum ibi: Illud
enim. Tertium ibi: Tu autem pater

gubernans. Circa primum ad litteram dicit: pro (?) secundo
alius aliquis sed ydolatra navigare
cogitans et per feroces vel feroces fluctus
iter facere incipiens ligno portante se
et navi fragilius lignum invocat
sed ydolum quod fragilius lignum est quam ydolum
sit factum de ligno valde debili. Sed navis
sit de lignis fortissimis et fortissime
compaginata. Quod autem navis melior
sit et ydolo utilior probatur: sic ydolum
fabricatum est sapientia humana. Et per
cupiditatem ut artifex per pulchritu-
dinem ymaginis consequeretur plus
mercedis. Sed navis fabricata est
a sapientia divina consulente hominibus
quod eorum congruebat saluti, sicut de
Noe dictum est. Illud enim scilicet ydolum
cupiditas adinquirendi vel adquirendi dicta vel arti-
ficis quod in sacerdotibus et pontificibus
ydolorum excogitavit quia isti qui
serviebant ydolis et lucrum per obla-
ciones et sacrificia eis facta sentiebant
quod ydola forent pulchra. Et arti-
fex sapientia fabricavit sua non divina.
Et quia navis admirans (?) dicit esse
de divina providencia, posset aliquis dubi-
tare an Deus sine navis adiutorio
posset homines in mari salvare. Et ideo
primo ostenditur quod sic, 2° declaratur
navis commoditas magna ibi:
Sed ut non essent vacua. Circa primum
ad litteram dicit: Tu autem pater gubernans providencia
supple omnia. Sap. vi°: In omni providencia
sua (?) et ille qui dedisti in mari
viam hebreis in mari rubro Exo. xv. Et
inter fluctus semitam firmissimam
inter fluctus Iordanis fluminis
Ios. 3. ostendens potens et arcentem

alicui turbabat videns quam potens
es ex omnibus salvare i. ex omnibus
periculis salvare. Et in omnibus locis vel
elementis hominem liberare sicut ab
igne salvavit abraham secundum hebreos
gen. 16. Ego eduxi te de ur i.
de igne caldeorum. Et tres pueros
missos in fornacem dan. 3. Et in aere
sal. lat. pen. luc. 22. In aqua jo
nam jone 2o. In terra lazarum joh.
11. Etiam per similitudinem quis adeat
mare confidens in deo sicut patuit
in petro matth. 14. Descendens petrus
de navicula ambulabat super aquas.
Ratis primus ysi. 19. ethy. c. 1o. Ffuit
ratis antiquissimum navigii genus
ex rudibus tignis asseribusque
consertum ad cuius similitudinem naves
facte sunt. Ratis vero modo dicitur [illegible]
dicitur latus navis unde gregorius
Prora prior navis, pars dextra. Puppis
dicitur latus et ratem ventre dicitur
esse carina. Et similiter in hac est primo
docendum ut ponatur primo quod totam navem
ultimo perficiatur et quod tollitur navis
commoditas quia licet deus posset
immediate per se gubernare in mare
tamen voluit dare hominum prudentiam
navi facturam sicut non esset carina
sapientia tua opera. Carina i. instructio
sapientia et industria. Propter hoc exiguo ligno
credunt homines animas suas i. vitam
suam temporalem et dispendiosas mare quo
ratem liberati sunt i. per navem. Exi
guo ligno credunt homines animas
suas sapientie 14. Mobile est dictum mo
dicum lignum propter nostram humilitatem
lignum propter fructus fertilitatem.

De eius modicitate heb. 2. Eum
qui modicum minus ab angelis minoratus
est videmus ihesum. De eius ligni stabilitate
in ps. Erit tanquam lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum quod fructum
suum dabit in tempore suo. Istud lignum
fuit plantatum in terra benedicta in
carnacione hoc est in virgine gloriosa
de qua ps. Benedixisti domine terram tuam.
Illa terra est bona que benedicta red
dit fructum 30. 60. vel 100. Sed
illa est multo melior et benedicta que
sine labore vel cultura produxit optimum
fructum et infinite bonitatis. Talis
fuit beata virgo que sine nature sub
sidio genuit christum mundo et de
benedictione benedixisti domine terram tuam
[illegible]. Et sicut
lignum plantatum in terra solidat ter
ram in omni parte et per radices suas
colligat et constringit ne defluat
ita christus plantatus in virgine matre
sua eam solidavit virtutibus et gratiis
sic astrinxit quod nunquam diffluere potuit
per peccatum. Ffuit enim sanctificata in
utero quod emundata a peccato originali
et in ea fomes ligatus. Sic quod
nunquam eam ad peccandum impegit
et hec fuit prima sanctificatio in utero
matris sue. Sed secunda fuit in conceptione
filii quando fomes ablatus fuit secundum ecclesiam
et gratia superaddita que flexibilitatem
liberi arbitrii determinavit ad bonum
sic quod ex tunc nullo modo potuit in
malum flecti. Unde tunc confirmata
fuit sicut in via potuit. In prima
namque sanctificatione ligatus fuit fo
mes et gratia collata inclinans esse

cavit libero arbitrio in bonum cum non fuit
tanta que flexibilitatem liberi arbitrii
in malum auferebat erat nec gratia colla-
ta primo homini in statu innocencie
sed per prudenciam divinam fuit ordinate
conservata ut esset immunis a peccato quam-
uis cum creatorem peccare potuisset
In cruce autem sanctificatore sic sanctificata
fuit quod deinceps peccare non potuit
unde merito dicitur lignum passionis solidauit
istam terram et eam sibi constrinxit genesis
primo germinet terra herbam virentem
et facientem semen et lignum pomi-
ferum faciens fructum iuxta genus suum
2^o secundo lignum germinauit in ma-
iorum operacione quia lignum incipit
germinare virtus que latuit intus lignum
se erexit et ostendit eodem modo virtus
que in corpore latuerat usque ad tempus
sue predicacionis se ostendit euidenter
in miraculorum operacione luce vi^o virtus
de illo exibat et sanabat omnes
ezechielis 36 multiplicabo fructum lig-
ni et germen | 3^o istud lignum frondiuit
in bona operacione ordinando reiterando i-
terando | 4^o floruit per famae divul-
gacionem etc. primo vinea mea floruit
odor florum in virtute dei super cetera
fugauit | et bona fama christi fecit
iudeos scandalizari | 7^o folia produxit
et detinet salubris predicacionis verba
enim sic sicut folia | mea folia sunt sermo
nostri et hoc figuratum ligno apoca-
lipsis folia ligni ad sanitatem gencium
6^o fructum facit in peccatorum ablacione
ysaie 27 iste est omnis fructus ut
auferatur peccatum | 8^o istud lignum
fuit plantatum in passione ut fruc-

tum plus afferret etc. 2^a cum christus pu-
tacionis adveniret | 8^o fuit isti ligno
appodiatum appositum ad supportan-
dum cum crucifixus applicatum dicit io-
hannes ascendit suspenderes in ligno
quia christus peccata nostra pertulit in cor-
pore suo super lignum i pe 2^o | 9^o istud
lignum aruit in morte | ecce vi^o
relinquere velud lignum aridum
ligno | 10 refloruit in resurrec-
tione ps refloruit caro mea | et
iob 14 lignum habet spem si precisum
fuerit rursum virescit et rami eius
pullulant | 11^o crescit ad celum cum
in ascensione ezechielis 31 elevata
est altitudo eius super omnia ligna
regionis | 12^o iterum fructificauit
in spiritu sancti missione apocalipsis 22
ex utraque parte fluminis lignum vite af-
ferens 12 fructus per menses sin-
gulos reddens afferens fructum suum
christus vocatur est lignum vite nam
ab eo datur homini vita triplex
primo nature genesis 2^o inspirauit in faciem
eius spiraculum vite | 2^o gracie proverbiorum 13
lignum vite desiderium vehemens
3^o dat vitam glorie proverbiorum 3 lignum vi-
te est hiis qui apprehenderint eam et qui
tenuerint eam beati dicit de sapiencia
mercata que christus istud lignum
attulit 12 fructus quia post in missione
spiritus sancti 12 apostolos misit in mundum
luce 6^o elegit 12 quos et apostolos
vocauit quibus dixit iohannes 15 ego
vos elegi de mundo et posui vos
ut eatis et fructum afferatis et fructus
vester maneat etc.

ed et ab initio cum perirent superbi
gigantes spes orbis terrarum ad
ratem confugiens remisit saeculo semen
nativitatis que in manu tua erat gubernata. Benedictum est lignum per quod fit
iustitia / per manus autem quod fit idolum
maledictum est et ipsum et qui fecit
illud quia ille quidem operatus est illud
autem cum esset fragile deus cognominatus
est. Similiter autem odio sunt impius et
impietas eius / etenim quod factum est cum
illo qui fecit tormenta patietur.

Porta comparatione inter idolum et na-
vigium / postquam commendavit sapientiam de guber-
natione navis vel arche diluvio
ordinate / et circa hoc duo facit nam
primo ostendit quod navis meretur benedic-
tionem / secundo quod idolum meretur maledic-
tionem, secunda pars ibi per manus autem.
Circa primum duo facit quia primo ponit
exemplum arche noe salvationis ostensum,
secundo ex hoc infert quod ei merito debetur
benedictionis benedictio. Secunda
pars ibi benedictum est lignum. Dicit ergo Et
ab initio (2e etatis mundi) i. parte prima mundi corpore dicit
quia in principio 2e etatis saeculi sub noe
cum perirent superbi gigantes / In quo
notatur perditionis peccatorum causa. Et vo-
cat eos superbos terrenos carnales
et luxuriosos, Gen. 6. Terram gigantes
cum dederis in ruinam / spes orbis
terrarum i. seminarium generis humani
scilicet noe et filii eius uxor eius et uxo-
res filiorum eius ad ratem i. ad ar-
cham confugiens remisit saeculo se-
men nativitatis i. seminarium propagatio-
nis / quia mundus fuit fere subversus
cum non staret nisi in octo personis
que in rate vel archa manu

tua i. providentia erat gubernata et me-
rito debet illud lignum ab homine
benedici / unde subdit / benedictum est lignum
per quod fit iustitia - benedictum i. bene-
dictione dignum / lignum i. archa per
quod fit iustitia i. salus et conservatio
iustorum / punitis malis. Gen. 7. Unde
te enim vidi iustum coram me in
generatione hac / Sicut autem illud lignum
fuit dignum benedictione / ita lignum
quod est idolum est dignum male-
dictione per deum / cum ratione fabricantium qui
peccant fabricando quia deus prohibuit
fabricare dicens Deut. Maledictus homo qui
facit sculptile et conflatile / cum ratione
rei facte que indigne cognominatur
deus in preiudicium maiestatis eterne.
Dicit igitur sic idolum autem quod fit per
manus maledictum est et ipsum scilicet ydo-
lum / et qui fecit illud quia ille quidem
operatus est quod non licet / illud autem
cum esset fragile deus cognominatus
est. Similiter autem odio sunt deo impius
et impietas eius. idolatra et idolum

13 — Ubi notandum quod idolum accipitur tripliciter
in processu isto / Uno modo pro imagine figu-
rata lignea vel lapidea vel me-
tallina et sic loquitur de qua idolum
est aliquid / secundo modo accipitur pro de-
mone presidente tali idolo et sic
est de eo / tertio modo accipitur idolum
pro quodam composito ex demone
et imagine figurata sicut homo componitur
ex corpore et anima. Et sic loquitur
apostolus i. Cor. Scimus quod nichil
est idolum in mundo / 4 modo accipitur
idolum quam in hoc cum infert et
enim quod factum est i. ...

i. ydola accipitur tripliciter

ydolum. 2o modo de efficacia crucis que
possidet illa que signum est, i. materie
sit figurate cum illo qui fecit tot
miracula patietur in inferno. Bene-
dictum lignum per quod fit iusticia. In
ligno crucis multiplex iusticia facta
fuit. Hoc (restituit) rependit quod abstulerat. Dyabolus
devincitur per illud in quo vicit. 2o
primo hoc rependit quod abstulerat.
Iustum est enim quod secundum formam et
qualitatem delicti fiat emendacio et
restitucio ablati. Homo autem fructum
vetitum accepit ab arbore. Et homo
Christus suis fructum vite restituit in
arbore. Homo delectatus est in cibo suo
suo illicite. Et Christus punitus est
in omni suo sensu iuste. Pena enim
sunt quo ad tactum in flagellacione
crucifixione coronacione. Quo ad visum
conspiciendo matrem lacrimantem et disci-
pulum quem diligebat et iudeos
insultantes. Audivit obprobria et blas-
phemias: Si filius dei es descende
nunc de cruce et multa alia. Gustavit
acetum cum felle mixtum. Odoratus est
sensit fetorem, ysa. i. Calvarie mortu-
orum [illegible] ab intrantibus et conspicien-
tibus in me. De ista iusticia dicitur
Ro. 7: Sicut per unius delictum in om-
nes homines (in condempnacionem sic et) per unius iustificacionem. 2o
iustum fuit ut sicut dyabolus hominem
in ligno deceperat et vicerat per lignum
falleretur et vinceretur, secundum illud
ymnum: Iustus [illegible] fuit [illegible] est
[illegible] equitas nulla cum [illegible] arti-
fex arte proprie [illegible] iustus
dominus in omnibus viis suis. Igitur
benedictum lignum crucis per quod fit

iusticia. De hac iusticia loquitur magister
sententiarum li. 3 d. 20 reddens racionem
quare Christus non potencia voluit liberare
sed iusticia. Ideo inquit per hunc
voluit quod dyabolus vinceretur iusticia quia
amator est potencie et desertor
et impugnator iusticie in quo
homines magis imitantur quam neglec-
tant. Vel et propter iusticiam potencie
magis student eiusque adepcione
letantur vel cupiditate inflamantur.
Ideoque placuit deo ut non potencia
sed iusticia vincens hominem erueret.
In quo homines imitacionem [illegible] lignum
namque crucis benediccione dignum est.
Ipsum enim est pons per quem Christus
transivit. Lectus in quo Christus
dormivit. Scala per quam Christus ascen-
dit. Libra in qua redemptor mundi
pependit. Est ipsa est pons per quem
Christus transivit flumen mundane vani-
tatis et super quem calcare debemus pe-
dibus affectionis ut nos supportet a fluc-
forcius a fluctibus mundanis periculis. Et
sicut quibus quicumque ponte periclitatur
et submergitur, sic qui non suppor-
tatur a cruce nec ei innititur salvari
non potest. Sed [illegible] quia verbum enim crucis
pereuntibus quidem stulticia est. His
autem qui salvi fiunt, i. nobis virtus
dei est. Unde de cruce exponi potest illud
Sap. 10: Cum aqua deleret terram sana-
vit iterum sapiencia per contemptibile lignum
iustum gubernans. Verbum maxime in
sermone de martiribus. Crux non potest
intelligi lignum [illegible] sed pre-
[illegible] [illegible] Unde omnis
[illegible] [illegible] est
est atque martirium. Ista est pons

pne qui non est pons fragilis et mobilis
sed est pons qui levat et attrahit a
pedibus nos in morte quia ecce in-
dinte morte optime dicit amor qui n
pt confessio. Sic est figuratum lignum
lignum quod dominus ostendit moysi exodi
xv. Cum enim populus venisset in maraath
et invenisset aquas ita amaras quod
eas nullo modo bibere potuerunt clamavit
moyses ad dominum qui ostendit ei lignum
quod cum immissum fuisset in aquas dulco-
rate sunt aque et facte sunt potabiles.
Istomodo mortalibus si quecumque prima
in hac vita nobis amara videatur
immittatur lignum crucis et recogitetur
quid ibi passus est xpistus et dulce
fiet nobis quicquid quod eo bibemus unde
ys de summo bono. Si passio re-
demptoris ad memoriam reducatur nihil
est tam durum quod non equo animo
tolleretur. Prima enim tollerant si re-
cordemur quod bibit ad patibulum quod
nos mittat ad celum. Ille enim obpro-
bria irrisiones conchas alapas
sputa flagella spineam coronam
crucemque sustinuit. Et nos miseri ad
unam confusionem uno sermone fatiga-
mur et uno verbo deicimur. Secundo lignum
crucis est lectus in quo xpistus dormivit
quia dives in meridie reclinat se
ad dormiendum in estate solent fe-
nestre thalami pro tecandi ut que-
tius dormiat. Istomodo xpistus qui
fatigatus de misera vita ista
dormire volebat in lectulo crucis
ffenestra mundi videbatur clausa
quia facte sunt tenebre super univer-
sam terram a sexta hora usque
ad horam nonam. Et pelli in dotti

dormivit enim in lectulo suo et mortuus
est ibi. Fuerunt duo in lecto uno
divinitas et humanitas. Una assume-
batur ad penam alia relinquebatur
libera quia pati non potuit. Et unde
propter lignum crucis nominatur lectulus et
non complete lectus nam ita strictus
fuit et brevis quod non habuit ubi caput
reclinaret nec ubi gemma potuit
collocare. Unde de eo exponitur propter
in gen. 49 ffinitis mandatis quibus
filios instruebat collegit pedes
suos super lectulum et obiit. Hic fuit
ferculum quod fecit sibi salomon de lignis
libani cant. 3. A fero fers non a
ferculo est eo quod est genus vehiculi
quod vulgo lectica dicitur. 3o lignum
crucis est scala per quam xpistus ascen-
dit. Ascendit enim sicut yonathas
reptans manibus et pedibus primo Reg.
14. Hec est scala quam iacob vidit
in sompnis cuius cacumen attinge-
bat celum et angelos ascendentes et
descendentes et dominum innixum scale
gen. 28. Super istam scalam oportet
ascendere si ad celum velimus venire
vel ad vitam gloriam. Apostolus
Galath. vi. Michi absit gloriari
nisi in cruce domini nostri ihesu xpisti. 4o
lignum crucis est libra in qua mea re-
demptio pependit. Divites et no-
biles qui pecuniam solvunt in magna
quantitate non numerant sed ponde-
rant seu librant, pauperes vero
numerant. Tunc si utrumque fiat de
pecunia vero quod ponderetur et mittetur
tunc propter eius ... de quantitate
non possunt ... eius ...
puta 20 solidi deficiunt a libra

in ponder^e et ideo possibile est quod alii
vero preciosi pondent una libra sed de-
ficiant in mundo. Quia apud Christum facta
est copiosa mea redemptio noluit
non plus minari iuxta illud ps.
dinumeraverunt ossa mea, ymo voluit
et ponderari ut ostenderet nobis illud
Ecc. vi. Amico fideli nulla est com-
paratio et non est digna ponderacio
auri et argenti contra bonitatem fidei
illius ponebatur. Igitur Christus qui
illum in uno appendiculo libre et
hic peccatorum in alio et metiri est quod Christus pre-
sent sufficientissime ponderosius
realiter descendit ad medium quod est
semper dorsum cum tota quanta di-
minuti descendit ad infimum quod est
terra medium mundi et quanto ipse des-
cendit tanto homines peccatores ex-
altavit usque ad celum. Et pre-
figuravit illud Ezech. in I^{a} similia
in lignum sublime et exaltavi
lignum humile etc.

Propter hoc et in ydolatria no-
num non est respectus quantum ad crea-
ture dei in ordine facte sunt et recepta-
cionem ac hominum et innumerabilium
pedibus insipientium. Innuitur enim for-
macionis est exquisitio ydolorum
et adinventio illorum corruptio vite
est neque enim erant ab initio neque
erunt in perpetuum. Ex natura
enim hominum hec hoc advenit
in orbem terrarum et ideo breuis illorum
finis est inventus. Postquam reputa-
tata est ydolatria formatio per
ydola inutilitate in parte ista perdi-
cionem ... corporum irremissibilium. Et
causa hec tria facit. Primo perdicionem corporum

instantem predicti. 2^{o} allegat peccato-
rem et 3^{o} ponit rationes probacionis.
2^{a} pars ibi quoniam creature dei in odium.
3^{a} ibi Initium enim fornicationis etc.
Igitur primo sit propter hoc quod sunt ydolatre
sunt deo ita odibiles et ideo ydola-
tracionum, id est in nationibus ydolatris
non erit respectus aliquis de
misericordie ad liberandum eos vel ydola-
tracionum, id est demonibus presidentibus
ydolis apud diversas nationes non
erit respectus respectivus misericordie Abacuk
primo mundi sunt oculi tui ne videas
malum et respicere ad iniquitatem
non poteris. Et huius ratio subditur quia
per abusum hominum et instigationem demonum hominum
creature dei que facte sunt et ordinate
fuerunt ad honorem dei et ad profectum
hominum versa sunt in odium ut deus
per illas odio habeatur et homines de-
cipiantur et perdantur et ideo hoc est quod dicit
quoniam creature dei in odium facte sunt
non quod creatura in ydolo odiatur
a deo cum nichil odit eorum que fecit
sed quia per suggestionem dyaboli factum
est ydolum in odium dei, id est ut deus
odiatur cum honor sibi debitus sub-
trahitur et ydolo impenditur et in temp-
tacionem anime vel animabus
hominum in muscipulam decepcionis
pedibus insipientium. Et hec est causa
quare ydolatracionum non erit re-
spectus. Et quod hoc sit verum sic probatur
... Initium fornicationis ...
recedentis a deo est exquisicio ydolorum
et adinventio illorum corruptio vite est
sed creature rationalis. Quod autem ydo-
la adinventa fuerint probatur quia si fu-
issent inter opera prima dixisset et non

est scilicet manent et pro quo planum
e ec sta qui destruent an finem
mundi / et hoc est quod subdit neque e-
rat abinicio / neque erunt in perpetu-
um quia quod superfluitas i. va-
na hominum cogitatio hoc adinvenit in
orbem terrarum et ideo breuis illorum
finis inventus est / opera enim dei perse-
uerant in eternum / opera hominum debent
fieri deo i. ei est ex hominibus co-
silium hoc / aut opus / cito dissoluetur
si uero ex deo non potestis dissoluere
illud / Est ergo primo tangit adinventio
ydolorum in genere ex quibus processerunt
de eorum adinvencione in speciali / forni-
catio secundum pap. dicitur a fornix fornicis
quod est arcus / vel curvatura in pariete
vel edificio quia in talibus locis mu-
lieres prostituebantur / est autem actus
a lumine cunctis plurimis et vagus
explende libidinis concertatio
linea septime / aut potest dici
fornicacionem omnem illicitam corpo-
rum cum esse ydolatria / et avaricia
ex quibus fit transgressio legis diuine
secundum illud perdes omnes qui fornicantur
abs te hec pap. Initium fornicationis
est exquisitio ydolorum. Secundum londoniensem
ex moralibus locis / quatuor genera
ydolorum in ecclesia reperimus / ydolum
tepiditatis natiue et effigiatiue simula-
tionis / ydolum hypocrisie et pertinacie
congregationis / ydolum negligencie
et defectiue religionis / ydolum
temeritatis et allectiue cupidinis.
Primum genus ydolorum designat
simulatores et ypocritas / secundum rebel-
latores et pertinaces / tertium rec-
tores sed ydiotas. Quartum designat

vniversalis liberas et lascivas.
primo igitur ypocrita comparatur ydolo
sicut enim ydolum effigie hominis
sicut homines videntur / sed carent cor-
de interiori et omnibus probitatibus
libet / ita tales videntur viui exte-
rius / et tamen interius mortui sunt
per peccatum in corde / hij pluries lap-
sos dampnant et indicant / sicut compa-
ret eos inspiciores et viuentiores cre-
dant / quos in ueris se viuentes mon-
strant / de tali bene dicit gregorius in
quadam epistola intus uel et foris
totus ambitus monstrum velud quo-
dam bestiam comparata que chimera
nominatur / et quod talis inveniuntur in magis
in statibus et in gradibus ecclesiasticis mi-
to gerunt dominus per ezechielem xx
posuerunt ydola in domo in qua
uocatum est nomine meum ut pol-
luerent eam / contra ideo quantos
in religione qui claustrum sibi
putant sed superflue domo inde
ampliari omnia nimis integra uesti-
tura rotunda / illo faciunt nocturni
sed mens a omne munda est. Secundum genus
ydolorum est ydolum hypocrisie
et pertinatiue congregationis / de quibus
dicitur opere vnius argento sunt et aurum
sunt fecerunt sibi ydola ut interirent
hoc est ydolum mamonis quod ado-
rant avari / unde et avaricia
ydolorum appellatur secundum apostolum
glossa illud avarus signat eum
deum nummus est tale numen
adorant / et colit ut deum / diligit
enim nummum plus quam se / sicut pa...

debet diligere deum uerum sicut patet quia
animam suam ponit pro pecunia etiam
uendit. Et Joh. 14 maiorem hac
dilectionem nemo habet ut animam suam
po. q. p a. s. Ecclesiastico. Nichil in
iquius quam amare pecuniam. hic
enim animam suam uenalem habet. Et pecunia
sua redimit contemplatur et meditatur
gen. 22. contemplati sunt pecuniam
more patti a pecunia sua numquam se
patitur ponere. mt. 6. ubi enim est
thesaurus tuus ibi est cor tuum.
pecunie sic obedientiam prestat etc
in pecunie obediunt omnia et in
puncto ad inferna descendunt. decep
ti amos 2o. deceperunt prelati sua
prius quia abierunt patres eorum. hic est
igitur prelato compre et pecuniatiue
congregationis arestotiles in 2o politicorum distinguit
nit duplicem pecuniatiuam naturalem
yconomicam uel obolostaticam. et yconomica
uero pecuniatiua naturalis consistit
in commutatione frumenti et similium
et rerum naturalium pro pecunia et hec est
pars yconomice et laudabilis. pecu
niatiua campsoria est cum commuta
tiones numismatum et a minoris
matre incipit et in minima ter
minatur et hec est uituperabilis quia
non uenit pecunia ad finem suum proprium
alia est pecuniatiua naturalis uel ycono
mica et que consistit in commutatione rerum
naturalium pro pecunia. et hec est lau
dabilis et pars yconomice atque po
litice. Campsoria et est duplex obo
lostatica que est necessaria etiam commu
tationes numismatum ubi uera

mo... commutatur pro alia. et hec est uitu
perabilis et innaturalis quia non uenit pecunia
ad finem suum. Alia tocoz et usuraria et
hec est odibilis et maxime abhomina
bilis quia finis et fructus pecunie est
eius usus. et ideo qui concedit
alteri pecuniam concedit et usum et quia
pro usu petit pro alieno petit. 3.
genus prelatorum est prelatus negli
gens et desperatiue placens. prelatus
recipit honores et nichil habet. ponitur
in loco sollempni et celebri et nichil
utile habet. portat gladium uel hastam
et numquam percutit nec castigat. eo de
modo platus negligens honores
ponitur in loco sollempni et habet auc
toritatem corrigendi defectus et
nichil facit. ymmo sicut uidemus
quod passeres et aues alie sedent
super caput prelati et non obstante
gladio suo uersatili. Ita nonnumquam
dissoluti et lasciui sedent et rei
esse erunt super caput ipsius prelati
sunt sibi familiares similes et
complices et ab eo supportantur.
a quo deberent argui et puniri
Unde ipsi enim sceleribus suis sedent
quia culpis suis dampnabile eum
probat. talis prelato dicit zach. 11.
O pastor et prelatus delinquens gregem
aggregans libro 1o. et ponit exemplum
de uiro suo super personam puniendo
dicens pertis tres ex eis estimatum
est. Una tamen adhibetur pena casti
gandi atque emendandi gratia ut hic
qui deliquit attentior fiat cor
rectior. Alia est cum dignitas auc

corticis in qua peccant vitanda est
ne prostituta, quia adhibentes conceptum eius
peccat. 3 Reg. [illegible] ut ceteri metum
peccare timeant. Tertium genus ydolo-
rum est ydolum meretricie et allectiue
composicionis. Hec est mulier ornatu meretricio
preparata ad capiendas animas, composita
et circumornata ut similitudo templi.
Hec est ydolum zeli ad prouocandum emu-
lacionem, Ezech. viij. Ista sunt ydola
in quibus demones dant vim fallacie
et libidinis incentiua. [plenius] radiat auro
argento et gemmis et vestibus preciosis.
Et nichilominus sunt interius vilissima
sub veste. Dicit Auri nobilitas lutea
si vestiat olla. Non tamen hunc sequitur
honor interius ex luto. Contra non tamen
preciter ornatum ut commendet persona que
cuiusque viri vel mulieris ad illicitum
amorem alliciat. Dicit Jeronimus
in quadam epistola. Si vir vel mulier se or-
namentis et vultus hominum ad se prouocat,
eciam si nulla inde sequatur dampnatio,
iudicium patietur eternum, quia venenum
attulit si fuisset qui biberet. Et ille
Et de isto patet per exemplum primum de
[mulieribus] hodierne. Ipsa ydolis talibus
non erit reuerencia, hoc est non licet
viro bono et virtuoso tale ydolum
respicere. Juxta illud Eccl. 9. Ne respici-
as mulierem multiuolam, ne forte
incidas in laqueos illius. Et infra:
Auerte faciem tuam a muliere compta,
et ne circumspicias speciem alienam.
Iste creature sunt de quibus dicitur ibi
quia creature dei in odium facte
sunt. In odium scilicet nominis dei et in tempta-
cionem animabus hominum, et in muscipulam
pedibus insipientium. In hac muscipula
captus est Dauid 2 Reg. xj. Hec ydo-
lum sapientissimum Salomonem ad culturam
ydolorum perduxit 3 Reg. xj. Hec ydo-
la fugienda sunt, non exquirenda propter
nocibilitatem, quia sicut dicitur in littera, Initium
fornicacionis est exquisitio ydolorum,
nam impossibile est quod amorem hominis et lasci-
uie se ponas istis ydolis non corrum-
patur ab eis, vel hoc diligenter ex-
quirendo et commemorans cogitando de
specie mulierum ut faciat sibi ydola ydo-
lorum. [illegible] sibi capitulum viij. In vitis
patrum narratur de quodam qui noluit
alloqui mulierem, ymo nec videre nisi
clausis oculis. Et quia senes et [illegible]
[illegible] nolunt videre mulieres, a quibus
cum quereretur de eo viderunt quod cogi-
taciones sunt sicut pictores impre-
ssores, ex concordaciones vero [illegible]
Et ad hoc pertinet fabula de Pigma-
lione pictore, quam narrat Ouidius
metro x. qui pinxit [illegible] sub proprio
sculpsit, et ideo summa cautela contra
ista ydola est fuga, nam pugna est
difficillima, et hoc satis innuit apostolus
1 Cor. x. Fidelis Deus qui non
patietur vos temptari supra id
quod potestis, sed faciet cum temptacione et prouentum
ut possitis sustinere. Propter quod karissimi fugi-
te ab ydolorum cultura. Quasi dicit, licet
necesse sit quod temptemini, tamen non tempta-
bimini supra illud quod potestis nisi vos
[illegible] voluntatibus ingeratis.
Et ideo fugite ab ydolorum cultura.

Acerbo enim luctu dolens pater
sibi cito rapti filii fecit yma-
ginem, et illum qui tunc quasi homo
mortuus fuerat nunc tamquam deum
colere cepit, et constituit inter seruos
suos sacra et sacrificia. Deinde
interueniente tempore conualescente
iniqua consuetudine hic error

ydola primo [illegible] cum nimia affeccione diligo ... et ydola [illegible] ... ydolorum [illegible] ymaginibus ...

ꝯuse ad nos sunt / tercia voltū auẽtit
/ virgines sunt / eo q̄ incorrupta ⁊
sincera intenōe debent sic benefi
cia ꝯexis manibꝰ ꝯmunı quedaꝰ
efficıunt / eo q̄ bnficiū de manu
ad manū tr̄sit / ⁊ eū redit nccp̄ad
actorē ridētes / q̄ bnficia hilare
dant sicut datorem / p̄lucida veste
ac soluta induıtur / ul' sūt alios
bn̄ sunt / q̄ bnficia conspici volūt
⁊ no habē / est eṁ amicıcia benivo
lencia no latetes in ꝯra passis
s̄ ceᵗ / due ꝯuertun̄ ad nos ⁊
tercia precedit auersa q̄ bnficiū sump̄t
a faciḷ° ꝯgredit̄ ⁊ dupla re
dit sic liberi patris ⁊ filie veneris
q̄ ꝑ amore ⁊ libꝺalitꝭ bnficia
dari debent / Cum igit̄ a deo bn̄
ficia ꝯtinue recipımꝰ sibi ꝯtinue
regr̄aciari debemꝰ / vn̄ dī augꝰ in
epl̄a ad marcellū / q̄ n̄ melıꝰ

dice possumꝰ q̄ deo gr̄ias eiusd̄
melıꝰ inquit vl' ais gerāꝰ vel
ore ꝑferimꝰ ꝯmanimꝰ in calamo ꝯp̄-
mamꝰ q̄ deo gr̄ias hec n' dıa b'
nıꝰ nec audiri letıꝰ / n' intelligi
ꝯrantꝰ / n' agi fructuosꝰ [struck: pt] q̄ꝑ
pt / Et io dī ꝯmnes emeḡ in li°
suo qui logostileos dr / in fine
q̄ no est ꝯens deo tlans ul' mir
ra incend̄ / sicut sunt eu adorat̄ ⁊
nos inquit gr̄ias agētes adorē
hec sunt eṁ summe mansiones eu
gr̄e deo agūt a mortalibꝰ ⁊ ıncē
ē q̄ iam nimis versicat̄ ꝑphīa
apl̄i · j · thy · 2 · In nouissimis dieb̄
instabunt tp̄a periculosa / ⁊ erunt
hoies sepsos amātes ⁊ ingrati
f. 3° sūt quidā ingrati qui deum
de suis bnficiis exp̄brat admor̄
vxoris ingrate ꝑ qua bn̄ i collisȶ
gio poitus fuat / anꝰ e nomı̄ te
vxor ei deinceps inp̄pēavit Isti
imitati vidēnt̄ qui xp̄m suorꝰ vel
nerꝰ satue mandō inp̄pēant / q̄
inullatꝰ sustinuisset nisi eum
ad hoc caritas coegisset Ecc̄ 29 ·
pascet ⁊ potabit ingratos / ⁊ adhuc
amara audiet · f · 4° sūt ingrati qui
cont̄ deum ꝑ bnficia pugnant
qui donis dei ad peccandū utunt̄
aliqui hndāt diuicias a deo con
cessas ut necitatibꝰ pauperum suc
currant / ⁊ hii crāt pauperum paupꝝ
oppressores / alii fortitu° sui corporis
vigent ut deo ꝑ ꝑtinaꝝ suiant
⁊ hii spāl° in sincio demonū bi
nos suas ꝯsumunt fiunt ꝯgosi
rixosi / p̄dones ⁊ latrones / nonlli
vigent ingenio ıntali / quo deū

ale et se et alios regere deberent, et isti
fraudibus et dolis intenti inveniuntur
proximos decipientes, dyabolo et non deo si-
quos. Gregorius 32 moralium super illud Job 20
Sunt indices, libras ferunt, dicit sic: Qui
reprobi de divinis acceptis nequaquam recta
sed prava cogitant, quid aliud faciunt
nisi sinus contra deum donis pugnant.
Hec ille. Huius exemplum dicit in Amel
quodam super illud, Cum audierit pha-
rao et predicatores, omnia inquit que ad usum
vite accepimus ad usum culpe convertimus,
tranquillitatem temporis pacis libertatem
ad usum continue vane securitatis, pe-
cuniarum vero pro liberatione diligimus,
patrie salutem corporum in usum vendi-
cionis victorum, sobrietatis ad habunda-
ntiam ad continentie intemperantiam vo-
luptatis. Hec ille. Huic sunt similes
catuli qui pro quadam custodia de-
fendunt in mundo, qua postea occidit
et comedit cum etatem adultam ha-
buerit. Et cum iste non obstantibus
benignus est super ingratos et malos,
luc. 6. Huius contrario exemplo punitum
invenimus Valerii libertinum, qui apud
athenienses convictus libertus de ingra-
titudine adversus patronum iure
libertatis privabatur, sicut narrat
Valerius libro 2 c. 1. Dicebat enim unde
super pede tuo tanti muneris impen-
sum estimatorem, ut adduci possim ut sic e-
dam urbi utilem, que dominum celsitudinis
tuo, alibi fugi est et esto simus, quia li-
ber es non servisti filius. Unde Seneca
de declamationibus frequenter liberi paren-
tes alant aut liberant militem
sine hospite. De quo narrat Seneca
libro de beneficiis miles quidam naufra-
gus littori est appulsus et in hospitio
cuiusdam per 30 dies refocillatus atque
liberatus, accipiens ait: Utinam te ex-
tam imperatorem meum me videre con-
tingat. Veniens ad philippum regem
macedonum predia illius apud quem
fuerat hospitatus postulavit. Annuit
philippus. Vir sincerus expulsus non ut
miser vel rusticus illud tulit, sed
ad curiam imperatoris accessit et ingra-
titudinem militis exposuit. Philippus
hoc audiens iussit ut reprobissimo
militi et ingratissimo hospiti stigmata
infigerent, qui eius ingratitudinem
perpetuo testarentur, et hospiti sua
redderentur. Sic igitur libertus ingra-
tus libertate privatus privabatur, filius
ingratus parentibus simul hereditatibus
carebat, miles ingratus hospitii
et animo stigmatibus perpetuo no-
tabatur etc.

— Magna sunt enim iudicia tua domine et
inenarrabilia verba tua; propter
hoc indisciplinate anime erraverunt.
Dum enim persuasum habent iniqui posse
dominari nationi sancte, vinculis
tenebrarum et longe noctis compediti
inclusi sub tectis fugitivi perpetue
providentie iacuerunt vel placuerunt
vel latuerunt sub quodam divine
gubernationis et providentie proprie
mercede. Agit autem in presenti
sermone de speciali correptione genti-
bus indicta que sibi deus adapta-
verat et de miraculosa derelictione
gentis egyptiaci, quod filios israel cap-
tivaverat. In hoc autem afflixit autem
deus egyptios x plagis, inter quas
aliqua inscribatur per bestias et

h

multa, alique per res insensatas et ele
menta, et alique per corpora supercelestia
sicut superius dimissum fuit. Ideo postquam
auctor declarauit quo egiptii affligebantur
per bestias et alia, et etiam per res insensa
tas et elementa, in parte ista ondit
quo idem egiptii afflicti sunt per
corpora supercelestia. Per corpora autem
supercelestia dupliciter puniebantur. Uno modo
per luminis subtractionem, alio modo per primogeni
torum occisionem. Et primo ista dividitur pars
in duas partes, in quarum prima agit de no
na plaga illata egiptiis, que fuit
per tenebras palpabiles, sicut dicitur
Exo. 10. Secundo de plaga 10. que fuit
per mortes innumerabiles primogenitorum
de qua Exo. 12. Secunda pars ibi Insuper c. 18.
Cum cogitarent. Circa primum duo facit.
Primo agitur de miserabili supplicio tene
brarum illato egiptiis. 2o de spiri
tu ...sed luminis tempus collato hebreis.
2a pars c. 18. Sanctis autem tuis maxima
erat lux. Circa hec quatuor facit. Primo
primo agitur de istius pene [consubilitate] falsitate
2o de eius irremediabilitate. 3o de eius
inespitate. 4o de ipsius universalitate. 5o
de ipsius equitate. Secunda pars ibi Illi
autem qui impotentem. 3a ibi Omnis enim
orbis terrarum. Circa primum duo facit
quia primo assignat causam pene eorum.
2o ponit formam ibi Vinculis tene
brarum. Causa autem fuit duplex ex parte
dei iusta consideratio et ex parte egip
ciorum iniqua conversacio. Quantum ad
primum dicit sic Magna enim sunt iudi
cia tua Domine quibus eleccios tuos
filios israel gubernasti et eorum adver
sarios flagellasti et inenarra
bilia verba tua id est facta tua. Deus enim
sicut loquitur quia dixit et facta sunt. Luce 2.

cuperemus ut videamus hoc verbum quod factum est.
Egiptiorum fuit duplex iniquitas. Una
contra deum per rebellionem, alia contra
proximum per violentam oppressionem. Sicut
enim deo rebelles in hoc maiore erant
eos plagis gravissimis flagellavit
illi nullam disciplinam receperunt. Et
quantum ad hoc dicit propter hoc id est quia iudicia
dei et eius flagella non receperunt
egiptii ad sui correctionem indisci
plinate anime erraverunt repugnan
tes imperio dei super dimissionem populi
sui. 2o peccaverunt contra proximum quia
filios israel super quos usurpabant
violentam oppressionem. Et quantum ad hoc
subdit: Dum enim persuasum habent id est fir
miter credunt in quo egiptii posse
dominari per oppressionem nationi tue id est
populo hebreorum quem deus sibi sanctis le
gibus dedicaverat deserviendum. Ecce
culpa, et statim subdit pene formam
vinculis tenebrarum et longe noctis etc.
q. d. Dum egiptii divinis preceptis
sanctis per moysen rebellarent, et populum
israel servitute polluta cogitarent
opprimere subito tenebris et palpa
bilibus conclusi iacuerunt innobiles.
Et tangit istarum tenebrarum tres
conditiones. Primo est palpabilitate
cum dicit vinculis tenebrarum compediti.
Fuit enim aer non solum privatus lumine
primo sed condensatus quod palpari
potuit. Sed ipsi miseri iacuerunt
quasi vinculati in tenebris. Dicit quidam
doctor quod aer per condensitatem partium
mutatus quod homines in penetrabilis fiet
Et sine hoc sit unius sit ad saltem
hoc fuit a deo factum. Unde Exo. 10. Erat
tenebre in terra egipti ut posset

Sanctis tuis maxima
erat lux

iudicium dei dicitur magnum ... 2m

palpari sic monuit se quisque de loco
in quo erat / 2o tangit ... iustis ...
peccatoris divinitatis ... dicitur / et longe
noctis. Exo. 10 / verbis dicitur neo vidit
fratrem suum. / 3o tangit ligatorum imo
obstinatem iacuerunt inclusi sub tectis
quod nullus potuit se videre / per aeris
densitatem fugitivi perpetue i. pu
tabes se posse effugere divinam pro
videntiam que mobilis est in nubibus.
Sap. 17. Magna enim sunt ipsos e.
Fabianus et alii antiqui sunt laterunt
et tunc ... non mutatur alii sunt pla
cuit / et tunc ... est quod inferi puniti
satisfecerunt per penas perpetue pru
dentie magna sunt iudicia tua domine.

Nota quod divina iudicia magna sunt
singulariter propter quatuor / scilicet propter iudicium infalli
bilitatem / propter universitatis generalitatem
propter iudicium inflexibilitatis iustitie / et
propter potentie incomprehensibilitatem. Primo
iudicium dei dicitur magnum propter iudicium
infallibilitatem / quoniam omne iudicium et fallit
fallitur / verum et iudicium esse ubique fallit
sicut dicitur extra de re iudicata. Cum a nobis / et
23. q. 3. Si quis non ... cum aliquis
ubi dicitur quod quandoque etiam in suo iudicio
decipitur / ut ille qui intrat illam
terram concludit / ut qui fortis et mi
mittatur / Et ideo solus deus est qui de
occultis iudicat / qui solus novit cor
da hominum. Sicut dicitur 3. q. 3. Consu
lunt / et eadem q. c. ... dicitur
quod divinum iudicium usurpat qui in certa
et dubia iudicat / Et ideo dicitur verbis
... 14. de ... quod ignorant
plerumque et calamitas innocentis
debet enim iudex diligens
... procedere iudicium sine ...

et sua punitorum vel absolutorum / Unde
fingunt poete sicut tangit ... iudicia
in fine ... maiores eos fuisse filii
Iovis Minos, Eacus et Radamantus
qui quia in vita sua iustissimi fue
runt ideo iudicandi officium apud inferos ...
duntur / Unde fingunt tres esse iudi
ces in inferno quibus eorum antiquum
... officium ... dicitur ... Minos et ...
... Minos examine / Ra
damantus ... ... de la
be ... habere dicitur ... magi
stra / Et hoc est ... quod volebat
... per ista quod in ... iudicio
ita debet esse diligens ... sue
... et ... ... / unde
quando agamus de iudiciis ...
... iudicare non possit nisi ...
allegata et probata et licet frequenter
contingat ... probari probatio ...
quibus et ... iudice fallibile
est / ... deus solus est qui errare
non potest / de quo solo verificatur ...
16. Dicta in labiis regis non erra
bit in iudicio os eius. 2o iudicium
dei dicitur magnum propter universitatis ge
neralitatem / unde ... est / Omne iudicium ad
... se extendatur ... ante
omnes gentes iudicabit. Ioh. 1.
pater iudicium dedit filio et Iohel 3.
consurgat et ascendat gentes in
vallem Iosaphat quia ibi sedebo
ut iudicem omnes gentes / et eorum ...
omnes nos manifestari ... tribu
nal ... ut referat ... Eccl
19. in ... de die iudicii
dicitur sic ... die qui venit ... magestate
... garrula

ad omnes iudicium ... extendatur

3 ... ...

contentione superioris et mediatoris defen-
dere aut contradicere veritati qui non de
os loquitur et operis absondere prout
in hoc tempore ex tunc opera singulorum
detegentur et ora tacebunt non quia prius
interrogati et testificari non [illegible] sed quia
conscientia distinguetur et propria convincet
quia nemo excusabit peccatorem sed eos
accusabit nec alter pro altero intervenit
sed singuli ibi sibi timebunt quia in illo
iudicio non erunt testes adulatores
sed angeli veraces non erunt iudi-
tates personarum acceptores hominis
sed deus qui iustus est reddet unicuique
secundum opera eius. Hoc exemplo narrat
quidam in metris quod mos erat an-
tiquus Romanis accusatos lapillis utique
dampnare reos illis absolvere a cul-
pa, quando eum sunt sententiam proferre
non voce sed signo quod si accusa-
tus deberet absolvi fundebantur de
urna coram toto populo albi lapilli
et si debuit dampnari nigri.
Eodem modo in iudicio generali quilibet
fundet de urna sua id est de conscientia
propria lapides quos ipsemet innisit
id est opera dura et inperpetuum penitentia
continua ad unitatem vel reatum
et si fundat opera alba salvabitur
si nigra peccata condempnabitur. Nam
z. dr̄. de dampnatis ffuaces [illegible]
sicut nigredo ollarum. Tertio iudicium
dei dicitur magnum propter iustissimi iudicis
liberalitatem sicut dicitur ubi de summo
bono et ponitur in amore in v. z.
Quatuor modis humana pervertitur iudicia
timore, cupiditate, odio et amore.
Deus autem nullo istorum modorum
corrumpi potest non timore quia
omnipotens est et nullum metum habet

Job 22 Numquid timens arguet te
et veniet tecum ad iudicium. Quia deus non
[illegible] quanto potenciores tanto quilibet eos
suam confert dinoriorem. Sap. 6 potentes
potenter tormenta pacientur. Et
ibi de fortioribus fortior instat cruciatio
confingitur ut leo semel tenuit cu-
riam bestiarum debuit quod unaquaeque
semetipsam proclamaret pro culpis
suis coram leone. Asinus ait peccavi
inquit domine aliquando plaustrum plenum
feno et ad feni manipulum recadisset
de plaustro accepi et comedi. Cui
leo: Male inquit egisti et contra
legem et fidelitatem fecisti debebas
enim ei qui perdidit reddidisse. Igitur
de precepto leonis asinus deducitur
ad mortem. Accessit lupus et ait
domine omnium alii greges ovium et
armentorum et arripui aliquotiens
agnum tenerum et strangulavi aliquando
pinguem vitulum qui eum attingere po-
teram, capras, oves, hircos, cui
leo: Dimittatis inquit bene talia
pondera, nimis strictus conscientias
habes, naturale est tibi sic facere et non
faciens quod natura dictat peccat. Sic
a falso iudice lupus iustificatur
et asinus innocens condempnatur. Non est
sic de iudice Christo qui nullum tenet
prius sicut dicitur Sap. 6. Iudicium
durissimum in his qui presunt fiet. Nec
potest cupiditate corrumpi, quia ditissimus
est, nec odio quia optimus est, nec
amore quia iustissimus est. Job 34 Vere
enim deus non condempnabit frustra nec
omnipotens subvertet iudicium. Et Tob. 3
omnia iudicia tua iusta sunt.
Quarto iudicium dei dicitur magnum propter sue
potestatis in[illegible] sublimitatem. Ro. 2

O altitudo diviciarum sapiencie et sciencie dei quam
incomprehensibilia sunt iudicia eius et investi
gabiles vie eius. Ista sunt occulta dei
iudicia quibus homines disponit et regit
in presenti permittendo iniustum affligi et
iniustum extolli, que a nobis modo non
videntur sed patebunt luce clarius
quando eum sicut est videbimus. Ro. xi.

et dum putant se latere in obscuris
in peccatis tenebroso oblivionis
velamento dispersi sunt paventes horren
de et cum admiracione et perturbacione nimia
perturbati. Neque enim que continebat illos
spelunca sine timore custodiebat quia
sonitus descendens perturbabat illos et
persone tristes illis apparentes pavo
rem illis prestabant. Postquam auctor
descripsit tenebras Egipciis olim
illatas quantum ad corporis densi
tatem quia fuerunt palpabiles, in parte
ista descripsit describit easdem quantum
ad pavoris pravitatem, ostendens quod nullum
remedium potuerunt Egipcii adhibere
quo contra illas se iuvarent, negaba
batur autem eis remedium tam intrin
secum quam extrinsecum. Intrinsecum reme
dium possent sibi prestare per animosam
audaciam cordis, sed contra istud re
medium fuerunt cordis pavorem
maiorem ut nullus quantumcumque cordatus
posset aliud animare. Primo igitur ostendit
eos caruisse consolatorio remedio quod
libet ab intrinseco, secundo remedio quod
possent prestare ab extrinseco. Primo
Neque enim que continebat. Circa primum
ad primum tangit tria quia per que nullus
potuit alium vel aliud consolari, quia fue
runt enim dispersi localiter separatim, fuerunt
pavidi et perculsi stupefacti, fuerunt

turbati et positi in nimia admiracione
unde dicitur sic: Et dum putant supple e
gipcii se latere in obscuris peccatis te
nebroso oblivionis velamento disper
si sunt. Dicit enim tenebroso vocat vela
mentum tenebrosum et velamentum
oblivionis. Sicut enim lumen ostendit
et signat scientiam ita tenebre design[ant]
oblivionem et ignoranciam. Dicuntur autem
peccata obscura propter effectum, quia aufert
cognicionem vere lucis. Ephesiorum iv. Tene
bris obscuratum habentes intellectum.
Et quia ducunt obscuritatem infer
ni, per que obscurantur oculi corporis ne videant.
Sic igitur illi Egipcii sunt dispersi
ab invicem, quia quidam erant in domibus
et quidam in agris. Et illi qui prope
se erant reputabant se multum
distare propter tenebras palpabiles
interpositas. Unde fuerunt paventes hor
rende et cum admiracione nimia perturbati. In ista parte
eo quod conclusit ab eis remedium
quod possent prestare ab extrinseco pos
sent autem prestare triplex remedium ab
extrinseco, ut illas tenebras primo
loci securitatem, secundo ignis claritas,
tercio magorum prosperabilitate. Et ideo
ab eis ista tria excludit. Unde primo dicit Neque
enim que continebat. Secundo ibi Et ignis
quidem. Tercio ibi Et magice artis. Circa
primum ad primum a loco ubi detinebat eos du
rabilis illis tenebris nullum fuerunt
solacium propter duo, primo propter strepitum quem
audierant in loco, et quibus sonitus
eos terrebat. Secundo propter melancholias et
imaginaciones de demonibus et mor
tuis hominibus. Unde dicitur sic Neque enim
que continebat illos spelunca, quia ad fo
veas et cavernas multi confugerant

sine timore custodiebat quam pomum des
cedere prohibebat illos et propterea tristes
illis apparentes visione imaginaria
pavore illis constabat propterea tristes
illis apparentes fuisse quia contrarium sunt mala
gratia tristitiam ponamus que durat quod
in tristitia dicere possumus scilicet invidi et perfidi
cupidi et stupidi / invidi mordaces /
perfidi fallaces / cupidi tenaces / stu-
pidi pertinaces / primo videmus quia os
invidi sunt contra tristes / Sed ovidius
2. methamorphoseos fabulatur quod pallas ivit
ad invidiam ut procuraret mortem agla-
uros / ubi describit quomodo ad invidiam
pervenerat videlicet domum / et statum personam
et vitam / domum describit sic primo in-
vidie nigro squalentia tabo / tecta petit
domus eius in imis vallibus hymnis
huius abdita sole carens non ulli
pervia vento tristis et ignavie plenissima
frigoris et que igne vacet ca-
ligine semper habundat / vult igitur dicere
quod domus invidie est situata in valli-
bus / pro tanto quod persone humiles semper
invident superioribus / et ideo invidus
ideo invidet quia se inferiorem alio in
aliquo quod appetit esse videt / inferior
eclipsat superiorem / et non econtra
sicut patet de luna et sole et ita
regulariter illi qui minus valet et
sunt generis et meriti inferiores obumbra-
re nituntur per invidiam meliores Et
ideo signatur de Job 1. parvulum
occidit invidia. Sed mirum est quia domus
invidie est in imis vallibus situa-
ta tectum huius domus est coopertum
squalenti tabo i. veneno squalide et
languore nam tota locutio invidi est
de peccato / tota consideratio tota delectatio

clerorum Item domus invidie caret sole
et vento quia invidus audit invidus de prospe-
ritate seu felicitate proximorum prosperitate
bonorum narrationum sine defectu bonorum
eius occidunt Item domus invidie est
tristis dicit enim domum eius invidia est tristia
de alienis bonis / unde sicut vultur
tristatur de bono odore vinearum
florentium / Ita invidus per defectum vale-
tudinem proximorum Item domus invidie semper
caret igne et est plena frigore quia
nullus invidus fuit caritate caligine
tum semper habundat quia invidus ubi indicabiliter
invidus decipitur per se ipsum. Secundo quantum
ad statum dicit quod pallas invenit
eam comedentem carnes vipe-
ras ita omnis invidus pascitur de ma-
liciosis cogitationibus et machinationibus
turbationis aliorum. 3o personam invidie
describit ovidius sic. pallor in ore
sedet macies in corpore toto nusquam
recta acies livent rubigine dentes
pectora felle virent lingua suffu-
sa veneno risus abest nisi quem
fecere dolores nec fruitur somno vi-
gilantibus excitata curis sed videt ingra-
tos intabescitque videndo successus
hominum carpitque et carpitur una / supp-
licium que suum est 4o vitam et modum
incedendi invidie versus athenas
describit sic / Indvidunt baculum
capit quem spina tota / vincula
cingebat ad optata quas ubilibet arte
... ingredientur florentia po-
terit arva / exuritque herbas et summa
cacumina carpit / afflatuque suo
populos urbes domos que polluit Et
modus incedendi / que invidus semper

obstruat portat baculum plenum spinis
quia illud unde se fulcire debet pungit
et non portat quia non est invidia que pos-
sit delectare actus virtutis quia invidus
et detractor multum clarum seu obscuram
faciem dicat de illo tamen nocte proponit
sicut quicumque ingreditur florentia prope
ut aranea quia invidus nulli nocet nisi
alii virtute florescat / Unde Valerius
libro iiii° ... tam molesta felicitas est
que malignitatis dentes vitare possit
possit / divites enim sicut alienis iacturis
completos similiter / Unde quidam interro-
gatus quo modo invidos non haberet / respondit
si nichil inquit egeris magnis rebus
... ait nichil feliciter gesseris
non sola miseria caret invidia / Unde
... ultio ... ponit exemplum de
eodem qui vocatur Gelasius et ait
affirmo iustitia veritate / ... gratiam
gratia omnibus parit. Eo dicitur quod con-
tra liberas i. iuvenes proficientes / sicut
tinea terra que moratur in terra et ra-
dices herbarum corrodit et impedit vias
ab augmento et non solum herbas verum
summa cacumina carpit / quia sepe contra
superiores suos prelatos et dominos invi-
dus consurgit garrit / Unde dicit quod a
flatu suo i. a verbo malo ... pollinit
... et urbem ... attingit
Hec est igitur primum genus tristium personarum
de quibus tristicia dicitur Proverbiorum xxv. Sicut tinea
vestimento et vermis ligno ita tristicia
viri nocet cordi. Et Ecclesiastici xxx Tristi-
ciam longe expelle a te / multos enim
occidit tristicia. Secundo videmus quod quosdam
cupidi et fallaces sunt qui ... male ...
... / Unde ypocrite ut decipiant alios
... tristiciam simulant et ...

... quos monet salvator Matthei vi. Cum
ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes
tales sunt iocundissimi in ... et
... et tristissimi ... ad appa-
rendum in publico / similes ... de quo epis-
tola ... libro 3 epistola 31 ...
quondam sermone ... ...
tristi amictu ... et deformis
... ut peccata
tegant ... ... contra eos
... ne te fallant ... sub
... ... mel
... venena latentem. 3um genus male
tristium personarum sunt cupidi et tenaces
imitatores Nabal qui ... sunt in tenere
et ... quod vel acquirunt vel ...
... retineant Ecclesiastici 2. Cuncti dies eius
doloribus et erumpnis pleni sunt nec
per noctem mente requiescit. Talis
fuit ille iuvenis ... salvator
Matthei 19. Si vis perfectus esse vade et
vende omnia que habes et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo et veni et sequere
me / et abiit tristis erat enim habens
multas possessiones contra quos dicitur
Ecclesiastici x. Declina pauperi aurem tuam
sine tristicia. 4um genus personarum ma-
le tristium ... sunt stupidi et
pertinaces / qui de dei clementia et
pietate diffidunt / quorum aliqui
de peccatis propriis irremediabiliter sic
contristantur ut dicant peccatum ... eis
non posse sufficere ad salutem / vel quod
iustitia dei ... non permittat
... misericordie / quos psalmista
alloquitur ... dicit sic conturbare
tristis es anima mea / et quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor il-
li salutare vultus mei et deus meus ... sunt
de istis qui morte ... suorum

3 genus tristium

2 genus

4 genus tristium

inconsolabiliter nimis plangunt quasi ultra
de corporis beatitudine in resurrectione futura
desperent contra quos apostolus 1 Thess. 4:
Nolumus vos fratres ignorare de dormien-
tibus ut non contristemini sicut et ceteri
qui spem non habent. Et qui istud
genus tristicie patiuntur miserrimi
sunt et de miseria presenti vadunt ad
miseriam sempiternam. Contrarium dicitur
Eccli. 14: Felix qui non habuit animi
sui tristiciam et non excidit a spe
sua. Propter hoc et in vide desipiunt.

de dupplici

[E]t ignis quidem nulla vis po-
terat illis lumen prebere nec
siderum limpide flamme illuminare
poterant illam noctem horrendam.
Apparebat autem illis subitaneus ignis
timore plenus et timore percussi il-
lius que videbantur faciei estima-
bant deteriora esse que non videbantur.

Consequenter declarat auctor quod Egyp-
cii tenebris involuti nullum potuerunt
habere remedium a luce eos contundente.
In ista parte prosequitur. Quarto ostendit
quod nec habere remedium potuerunt a quo-
cumque has tenebras compellente.
Compellit autem tenebras lux duplex,
scilicet solaris et celestis. Ideo ostendit quod
nulla talis lux eis in valore potuit.
Primo ostendit quod eis valere non potuit
ignis ymus; 2o quod nec ignis ce-
lestis; 3o quod nec ignis in medio
compressionibus generatus. 2o propter ibi
nec siderum, et 3o ibi apparebat autem
illis, scilicet ad 3m. Dicit primo: Et ignis
quidem nulla vis poterat eis lumen
prebere propter densitatem aeris tenebrosi.
Et vult dicere: nulla vis ignis quantum

nec calor rarefaciens nec lumen
illustrans. Unde nec ignis potuit
illum aerem rarefacere nec illuminare.
Et quid mirum si ignis materialis quod
hoc facere non posset, cum nec siderum
limpide flamme illuminare poterant
illam noctem horrendam. Quarto ostendit
quod ignis compressionibus generatus nullum
eis adhibuit remedium, ymo auxit
potius eorum tedium. Et quantum ad hoc
dicit: Apparebat autem illis subitaneus ig-
nis timore plenus, id est subita corus-
catio fulguris. Et contrarium si apparebat
illis coruscatio, igitur aer fuit illumina-
tus licet non obscuratus, atque et illa visibili-
tudo plus terruit eos quam si fuissent
tenebre continuate. Unde quod dixit
quod nulla vis ignis potuit illis
lumen prebere intelligit quod nullum lumen
fuerit ad eorum solatium, sed potius
ad penam et supplicium. Simul enim
cum illis coruscationibus illuminantibus
subito aerem caliginosum et spissum
apparuerunt illis persone terribiles et tur-
bes demonum accipientium effigiem
mortuorum et facies larvatas ad
terrendum eos, quod fuit eis valde pe-
nale, non solum propter illa que imagi-
nabantur conspicientes. Et hoc est quod
subdit: Et timore illius percussi que
videbantur facie vel corporali visione
vel ymaginaria estimabant de-
teriora esse que non videbantur, quia ex

ult.

malis visis estimabant peyora
fore futura. Et sic fuerunt in maxima
miseria et timore. Notandum quod pene
istorum Egipciorum assimilabantur in multis
pene infernali. Apparebat inquit illis
subitaneus ignis timore plenus

Sanctus dominus deus sabaoth pleni

merllon

f. 207a

i noie dni nri ihu xpi amen sub
[illegible]citen nimis honorati sunt aici
minis confortatus est principa

lu' et repente venit sonus quasi ad plenum
puniit eciam ad penam. Thess. ult.
cum dixit pax et securitas tunc
repentinus eis superveniet interitus.
contra ad 2um apoc. 18. quantum glorificavit
se et in deliciis fuit tantum da-
te illi tormentum et luctum. Contrariose
huius similitudinis moveo istam questionem

23 Utrum ignis corporalis puniet in inferno
dampnatos, et arguitur quod non quia
si sic ignis ille calefaceret corpora
dampnatorum et cum nullum sit resistens
quod possit actionem ignis diminuere
vel remittere, sequitur quod ignis ille
calefaceret de facto corpus indeficienter vel
intenderet altius ultra quam libet gradum
signatum. Et cum sit aliquis gradus ca-
loris signabilis corrumpens proporcionem
complexionis humane, sequitur quod per calefac-
cionem talem corrumpetur corpus humanum
et fiet separacio anime a corpore vel opor-
tebit dicere quod aliqua caliditas que sufficit
corrumpere vitam complexionis in tem-
pore debiliori. 2 2o sic si ignis affli-
get illa corpora futura in inferno, igitur
cum sit agens naturale et non voluntarium
aget uniformiter per medium uniforme
in omnia corpora, igitur equaliter affligeret mul-
tum malos sicut corpus peiorum suorum, si sit
eidem equaliter applicata. 3 3o si ibi
erit ignis, igitur erit ibi aliqua lux
contra illud Matthei 22 ligatis
manibus et pedibus mittite eum in tenebras exteriores, pro
quo dicit Gregorius: si ignis ille lucem
haberet, in tenebras exteriores mitti non
diceretur. Et Basilius dicit super illud Psalmi:
vox Domini intercidentis flammam ignis
ab omni virtute adustiva, ita quod claritas

tas cedet in gaudium sanctorum et ardor
ignis in tormentum dampnatorum; igitur
ibi nullum lumen erit. 4o si ignis
sit sub terra, que est per violenciam, sed
nullum violentum est eternum, patet de celo;
igitur ignis ille non erit eternus. 4 5o si
sit quero aut infernus est idem locus
cum purgatorio et ignis, sicut et ibi,
vel non. Si sic, igitur credendum est quod de-
cedentes in caritate vadunt ad infer-
num, quia multi tales vadunt ad purga-
torium. Si non, contra sancti patres ante
mortem Christi purgabantur et non
purgabantur in aliquo loco supra
lymbum patrum, vel in lymbo; igitur in
inferno antequam Christus esset, quod patet quia in lym-
bo non est pena sensus. 5 Ad oppositum
est illud Matthei 24: discedite
a me maledicti in ignem eternum;
igitur dampnati erunt in igne eterno.
Quod autem ignis corporalis sit, dicit
Gregorius 4 dyalogorum: ignem gehenne
corporeum esse non ambigo. In quo
certum est corpora cruciari. In ista
dubitacione non est querenda nova
ficcio, sed tamen veritas recitanda sanctorum
doctorum. Volo igitur recitare quid
de igne inferni et loco inferni, et quid
de loco et igne purgatorii senserunt
doctores antiqui. Augustinus 12 super Genesim
ad litteram sensit quod anime malorum post
mortem non per corpora, sed per corporum
similitudines cruciantur in anima affli-
guntur. Videbatur ibi quod ignis ille
spiritualis est, non corporalis. Similiter dicit
de loco, sed ista postea retractavit,
tenens quod locus inferni est corporeus
et sub terra et ignis est corporeus ibi
ardens. Gregorius 4 dyalogorum dicit ignem infer-

naturalem corporalem et non ambigo de
isto igitur certum est quod nulla potest veritas
per rationem demonstrari sed tamen per revela-
tiones scripturas veritates sunt sicut vide secundum
doctorem thome dicendum sunt iste conclusiones
prima est quod ignis infernalis est corporeus
2a est quod ignis ille non agit in cor-
pora naturaliter et modo naturali sed spiritualiter et
modo certo .. 3a est quod ignis ille non
calefaciet corpora dampnatorum nec
illa corpora calefiunt per ignem illum
.. 4a est quod ignis infernalis affliget
sicut instrumentum divine iusticie non autem
sicut principale agens .. 5a est quod inf-
ernus est infra terram. 6a est quod purga-
torium est infra terram et idem est ignis
purgatorii et inferni .. prima conclusio
probatur sic. corpori non potest adaptari
nisi corporea pena unde ex hoc probat
gregorius quod ignis est corporeus quia cor-
pora dampnatorum in illo post diem
iudicii recondentur et anglicus in 4 in
decima distinctione c. i. dicit quod ignis ille mate-
rialis affliget igitur corporeus erit .. 2a
conclusio quod ille materialis non aget na-
turaliter sicut ignis calefacit lignum
causando in ligno calorem qualis est
in igne sicut declarat d. xx. et hoc
quia si taliter fieret natura causaret
passionem in corpore dampnati et
alterationem realem / omnis autem talis
alteratio praesupponit motum celi sed
post iudicium motus celi cessabit
igitur tunc non erit talis alteratio
est igitur secundum eum et secundum aliquos duplex
alteratio sive passio una per modum
nature quando agens assimilat sibi passum
naturaliter sicut ignis calefacit lignum
aliud quando agens non assimilat sibi

passum in contrario quod agit sicut obiectum
agit in medium aliud enim non facit
medium album sed tamen causat in
medio speciem albedinis / consimiliter in
corpora dampnatorum secundum eum non pati-
entur primo passionis sed secundo tamen
et sic defendit quod ignis affectus sic
tunc in corpora dampnatorum nunquam ea
consumet vel corrumpet .. 3a patet ex dictis
sed quod non calefaciet corpora dampna-
torum nec comburet quia tamen spiritualiter
immutabit sicut color medium vel
pupillam .. 4a conclusio est quod ignis ille
non aget secundum modum nature sed sicut in-
strumentum divine iusticie / et hoc concludo
sequitur ex priori quia non agit naturaliter
sed spiritualiter tamen et aliquo modo alius
manifestum patet .. 5a conclusio quod infernus
sit infra terram declarat ex dictis gregorii
et dicit et augustinus 12 super genesim ad litteram
quod divina ad hec congruentias assignat
sed tamen quia sicut anime peccatorum per car-
nis amore peccaverunt / ita eis locus
competit sicut mortue carni
deberet / tunc quia sicut gravitas est
in corporibus ita tristicia est in spiritualibus
hic / sicut levitas in corporibus locum
... ... de corpore sic et
locus spiritus ~~dampnatorum~~ pred..
.. 6a conclusio tenet sed quod illud sit
idem locus purgatorii et inferni ita
quod loca illa continua sunt dicitur
sic. x. d. 21 in responsione ad articulum
secundum / ubi est quia limbus patrum fuit continuus
inferno / alias christus non diceretur
ad inferos descendisse si limbus
fuit superior quam locus purgatorii

igitur loca purgatorii sunt magis vicinus inferno quam limbus patrum / volunt tamen dicere quod inferius ambitus infernalem quatuor sunt loca distincta In summitate limbus patrum postea limbus puerorum / tercius purgatorii ubi est pena sensus .. quartus dampnatorum sunt regiam 8 quodlibet 32 q. ibi igitur est locus purgatorii secundum legem communem secundum vero singularia et dispensacionem divinam / anime quedam affliguntur in locis ubi peccaverunt tamen ad viventium instruccionem tamen ad mortuorum subvencionem / probat ad articulum ad primum patet quod ignis ille non alterat corpus materialiter sed tamen spiritualiter secundum obiectum immutat intellectum et non nullum corrumpet / ymo nunc semel corpus ab illa disposicione transmutabit in quam ponetur in inferno Ad secundum patet quod licet non sit agens voluntarium agit tamen ut instrumentum agentis voluntarii Et ideo punit et affligit secundum voluntatem punientis et non secundum naturam propriam ignis Ad tercium de igne et luce dicendum quod locus ille erit disposicionis sicut convenit maxime miserie dampnatorum unde erit ibi lumen aliquod sed umbrosum / ut illa videant que afflictionem ingerere possunt et tamen lumine non delectabit / Et tamen quod ignis est eiusdem speciei naturalis cum igne nostro / sed differt materialiter secundum materiales disposiciones / sicut differt flamma et carbo / quia ignis eiusdem est speciei sive sit in materia aerea / sicut est in flamma sive terrestri sicut est in carbone / erit igitur lumen illud erit in materia fumosa et umbrosa propter loci disposicionem tenebrosam .. Ad quartum dicendum quod licet nullum violentum possit esse perpetuum ex ordine nature / potest tamen ex ordine divine iusticie Ad quintum patet per doctorem in 6 quodlibet Sic igitur totam

difficultatem de eternitate corporum non consumendorum per ignem infernum quam probat Augustinus 21 de civitate dei solvit iste doctor per hoc quod cessante motu celi nulla fit pena in corporibus actio vel passio materialis sed spiritualis tamen Et quod mors istud esset quondam dampnatum primus est tamen postea sima [illegible] quantum adtinet ad dictum sancti thome per dictum 50 22 q. quam arguit scotus doctor subtilis d. 44 4 libri.

: Et magice artis apposite erant derisus et sapientie gloria correccio cum contumelia / Illi enim qui promittebant timores et perturbaciones se expellere ab anima languente hii cum derisu et pleni timore languebant et si nichil illos ex monstris perturbabat transitu animalium et serpentum sibillacione commoti tremebundi peribant et aerem quem nulla racione quis effugere posset negantes se videre / postquam declaratum est quod Egipcii per totum tempus tenebrosum nullum potuerunt habere solacium contra tenebras / nec ab igne / nec a luce / hic ostendit quod aliquod remedium contra eum potuerunt per eorum magos / quos tamen habuerunt peritissimos ymo ipsi magi a demonibus delusi et adeo afflicti deridebantur et contumeliabantur cum aliis affligebantur / Et circa istud duo facit / nam primo narrat eorum derisionem / secundo ponit derisionis racionem / secundo ibi Illi enim qui promittebant / et quarto ibi nam et si nichil Circa primum dicit sic et magice artis apposite erant derisus / hoc est tunc temporis manifeste derisibiles erant magi egipciaci / qui per arte

9

v[er]s[us] arti magice vacantes interdum deridentur

magica monstra faciebat, quia nec sibi nec aliis contra supradictas tenebras potuit prodesse, et superbie gloria caruerunt cum contumelia. Quod dicit: vanam gloriam quam habuerunt de arte magica, de falsa sapientia versa fuit modo in correctionem cum contumelia, quia Pharao et alii nobiles climatis petiverunt eorum subsidia, et tamen eos iuvare non possent, contumelias intulerunt tamquam fallacibus et pomposis deceptoribus. 2o ponit derisionem eorum, o[ste]ndens[?]: illi enim quod primitus [illegible] et perturbatores se proponebant ab aliis hic in derisione, supple plenum [illegible]. Igitur manifeste fuerunt deridendi sicut presumptuosi et fallaces, promittentes se alios adiuturos, qui nec poterant succurrere sibi ipsis. 3o quod posset aliquis obicere quod ipsi non affligebantur ex visione corporali vel ymaginaria excitativa personarum et monstruosarum effigierum, quia assueti fuerunt talia videre, sicut nec Balaam expavit ad asine locutionem. Videtur quod in tribulationibus hoc concesso turbabantur tum ex tonitrualium[?] que multa eos strepitum facientes videbantur eos conturbare et sibilationum serpentum quos tamen non videbant; turbabantur etiam ex hoc maxime quod negabat se videre aerem, scilicet quod nemo vitare poterat. Et hoc est quod dicitur: et si nichil illos ex monstris apparentibus in circumstantiis visibiliter vel ymaginarie in tenebris perturbabat, transitu tamen animalium robustorum et serpentium sibilatione commoti, ne ab aliquibus conculcarentur vel a serpentibus intoxicarentur, tremebundi peribant, et aerem quem nulla racione quis effugere posset negabant se videre aerem.

que tum tangebat, et magice artis appositi erant, risus de adhuc.

Et vacantes arti magice interdum deridentur: nam deridentur a demonibus, deridentur ab hominibus, deridentur a bonis angelis, deridentur a deo. Primus deridentur a demonibus et decipiuntur frequenter alii a propriis spiritibus fallacibus et mendosis quibus se sociant quos colunt, sicut patuit de papa Silvestro 2o, qui primus dicebatur Gerebertus; hic primo monachus Floriacensis cenobii, postea apostatavit et dyabolicis obsequiis et arti magice se penitus obligavit, et itamen quod dyabolo fecit homagium tali pacto ut ei omnia ad nutum succederent. Auxilio igitur demonis promotus et suffultus factus est primo Remensis archiepiscopus, postea Ravennensis et tandem papa. Et demum quesivit a dyabolo quamdiu viveret in papatu. Responsum est ei quod quamdiu non celebraret in Ierusalem. Cum igitur postea celebraret in quodam loco Rome qui Ierusalem dicitur, et est in Laterano, ex strepitu demonum intellexit se sensit mortem adesse. Suspiravit igitur et ingemuit. Et licet sceleratissimus esset, nullatenus desperavit, sed coram omnibus peccatum suum confessus membratim ordinavit dividi corpus suum, ut omnia illa membra amputarentur quibus demones adoravit, truncum non mortuum super bigam imponi, et ubicumque alia illa consisterent sepeliri. Quod non sine signo [illegible] Deus sue clementie demonstrante, tunc [illegible] corpus illud in ecclesia Lateranensi [illegible] in cuius sepulchro [illegible] expectatur, licet [illegible]

9 subdit pape pleni ppetuo moriturum in ecclesia sancti martini de hac eade pona tis post at ipsi eipsit a re gerebtus ad r post ipsa regens eo et designat te nobiles civitates quas rexit successive que sunt remus Ravennas et romana Iste igitur fuit tempore deinceps a demonibus quibus tunc homagium fecerat ut est dictum. Consimile narrat de quodam alio episcopo qui propter honores consequendos arti magice fuit datus. Talis fuit episcopus qui multos habebat adversarios et erat in quodam castro suo de quo plurimum confidebat et tamen timens consuluit demonem suum sub hac forma. Effugiam an non. Respondit demon, non sta secure venient inimici tui superventuri et subdent tibi. Accedunt hostes et castrum capiunt et succendunt. Invocavit igitur demonem in extrema necessitate quesivit quare fallaciter sic fecit et quare eum finaliter sic decepisset. Respondit igitur demon quod eum non decepit sed verum dixit si dictum suum intellexisset. Dixi inquit non sta secure, i. fugias, venient inimici tui superventuri et subdent tibi i. ignem tibi. Et sic familiaris dyabolus in fine delusit. Huiusmodi similia possent infinita narrari. Alii autem decipiuntur a spiritibus aliis non quidem a briptis quos invocant sed ab eorum principibus quibus sunt aliis potestates. Unde cum quidam theuthonicus peregrinaret ad sanctum iacobum in quadam villa navarre quedam nigromanticus obviam habuit et dixit peregrino bone video te esse in periculo mortis. Et si vis inde in- cedem repertis spiritualibus vita tua

videt theotonicus volo. Ducit igitur nigromanticus theotonicum in quidam tamentum parat sibi balneum et po- situm in aqua collocat eum tunc spe- culum de calibe quo magici solent uti et querit ab eo quid videt in speculo. Respondit theotonicus quod videt virum et uxorem in domo propria et nigromanticus quidem ymaginem for- maverat de cera. Stat quod thetonicus arcum extenso et sagitta immissa ut sa- gittet ymaginem cum clericus mar- ratur inquit ymago terea ymago tua est. Uxor non tua et clericus a- masius suus in hoc convenerunt quod te occidant. Quod si ymaginem illa posset thetonicus sagittare mortuus eo- rum. Custodias igitur tempus. Et quod incipit tunc iunge tempus totum sub aqua balnei in qua stas. Et sic semel et bis et plures quam ter non potuit sagit- tare sic tandem teo se eri- gens de aqua et respiciens specu- lo videt quod uxor cum famula clericum illum subito mortuum in quadam stabulo sepelivit. Solvit igitur theo- tonicus nigromantico pro mercede et statim peregrinacione dimisit rediens quod per speculum viderat opere comple- ta repperit. Unde habetur sicut supra Teutonicus peregrinus eo jacobita natura balneum cum speculo de- currere mirabiliter mulieribus te fatet ad statuam sub aqua minus plus tua infatuat faciat futurus stabili tenet ymaginem. Unde sequitur magicis dicit de spiritu eum decipiente etc. 13. Subvidens spem dabit narratio et bona et inconsulto deridebitur te

2o

¶ 2o deridentur daemones si illi arti cedant
ab hominibus / sicut magister petrus in suo dic
tus de quodam clerico perito in nigro
mantie cui demon apparens promisit quod
foret rex anglie et quod cum tanta mi
licia duceretur in medio regni an
glie sicut vniuersi edwardum filium
henrici videat comitatus / hic tandem
in northamtona tempore parliamenti co
mitatibus totius regni presentibus tractus
fuit et suspensus. quod demum assa ossibus
adherebat ymo generaliter omnes qui talibus
arti indulget cum apud homines
confunduntur / Et in tempore deficiet
sciencia narrare / ut multi dicere
possunt illud psalmi posuisti nos in
opprobrium vicinis nostris subsannationem et de
risum etc. / figura 3 regum 18.
quod helias propheta baal derisit
et ait / clamate voce maiori deus
enim est et forsitan cum aliis loquitur
aut in diversorio est aut in itinere aut
certe dormit ¶ 3o non est dubium
quin ab angelis bonis derideantur
cum se vilissimis spiritibus submittere
non verentur unde angelus obvians
balaam nigromantico cum gladio
evaginato sicut ibi dicitur sine dubio
dictum derisit quem asina sua cum
ad maceriam collideret increpavit numeri
22. ¶ 4o deridebuntur a deo finaliter
iuxta psalmus et tu domine deridebis
eos et ad nichilum deduces omnes
gentes i. omnes gentiles qui se demoni
bus submittebant ¶ Dubitatur vtrum
est vtrum ars magica sit vtilis
hominibus medica / videtur quod non / quia ad
honorem dei videtur esse quod homines alii
distincte nominum vel herbarum vel oracionum
vel stellarum certe sint remediis im

notandum quomodo deridentur ab helia

alia ratio 3o

deridet deus 4

27

Vtrum ars magica sit vtilis hominibus medica

pare / sed hoc fieri non videtur in arte
magica sed invocantur demones ad
medelas per nomen dei Igitur non debet
hominibus prohiberi. Contra ad artem magi
cam pertinere videtur uti ymaginibus
ad curam hominum specialibus. Et hoc potest
fieri naturaliter Igitur illud non irrationabiliter
prohibitum apparet probatur per illud quod
narrat commentator super centiloquium
ptolomei verbo 9 ubi narrat de quo
dam qui sculpsit figuram scorpionis
in lapide luna existente in vno de quatuor
angulis. et quemcumque postea impressionem
illius habebat sine cera sive ...
a morsu scorpionis curabat. Et auc
tor ipse se testatur vidisse / sed hoc non fie
bat nisi per naturam etc. Contra inprobabile est
illud prohiberi quod a divinis est acceptum
sed divinis sit acceptum quod quedam negotia
malos eventus denunciant sicut
obviari leporis signat malum / et
obviari bufoni signat bonum vespe
rodi a senatibus / unde statim dum
quis de domo procedit / et multa huius
fiunt per experientiam maiore a multis
quibus plus vacat talia considerare
quod sint signa infortunii Igitur inprobabile
est talia prohiberi.. Contra narrat magister
in historiis super evangelium quod inter iudeos
fuit quidam exorcista qui per coniura
tiones factos a salomone demo
nes eiciebat maiore apposita ra
dice cuiusdam herbe in naribus obsessi
Igitur hoc videtur naturale / et confirmatur quod di
citur quod herba iohannis que et perforata
dicitur fugat demones per naturam.. Contra
verbis conferri virtus naturalis / et carac
teribus consignatis et stellis celestibus
sed cum non naturali uti licet applicando

2

3

4

4

ad effectum conceptum etc. vel quod ad oppositum est Augustinus de doctrina christiana ubi dicit quod ad superstitionem pertinet volumina magicarum artium et ligaturas etc. quas medicatorum quoque disciplina condempnat sive in precantacionibus sive in quibusdam notis quas caracteres vocant et cetera. Ad quartum dicendum quod sicut visum est quod ars magica dicitur illa superstitiosa observancia que instituta fuit aut auxilio aut consilio demonum adhuc pactis vel pactionibus conplicita nocuitoris completur. Ubi primo sciendum quod demones antiquitus tempore ydolatrie multas observancias hominibus revelaverunt ad hos effectus quos ipsimet demones causabant ad decipiendum homines et ad contrahendum cum hominibus familiaritatem ad fallendum eos finaliter et inter talia videtur ars notoria locum tenere per quam suadetur diversam scienciam possibilem vel impossibilem homini adquiri per inspeccionem quarundam figurarum et oracionibus dicendis cum observacionibus que vel totaliter est ficticium quod est minime credibile vel per revelacionem demonum per illam observancie principis illius artis que sunt valde difficilia sicut patet arte illa intuenti. Ultimo est notandum quod inter ea que sunt per demones hominibus revelata quedam continent expresse demonum invocaciones sicut patet de modo inclusio dei spiritus et in aliis demonum superstitionibus, quedam alia signa in cohibicione rerum quedam continent quedam vana que tunc demones ordinaverunt fieri quibus factis ad modum quo illi ordinaverunt accedunt demones non coacti sed sponte et quasi ex quodam pacto et efficiunt effectus quos antiquitus promiserunt et in talibus consistit tota

